Cyperus longus odoratus, panicula sparsa, spicis strigosioribus viridibus. Skan. hist. jam. 1. p. 116. t. 74. f. 1.

Habitat in India utraque.

CY.

TRIANDRIA MONOGYNA. 21

CYPERUS (*pumilus*) culmo triquetro nudo, umbella diphylla composita, spiculis alternis digitatis lanceolatis, glumis mucronatis. *Linn.* *sp.* 69.
Amoen. acad. 4. *p.* 302

Grauen cyperoides pumilum elegans e madaraspatan. *Pluken. aln.* 179.
t. 191. *f.* 8.

Habitat in India.

CYPERUS (*compressus*) culmo triquetro nudo; umbella universali triphyla, glumis mucronatis latere membranaceis. *Linn.* *sp.* 68.

Cyperus culmo triquetro nudo, panicula foliosa, pedunculis simplicibus, spicis alternis subulatis distichis. *Roy. lugdb.* 51. *n.* 11. *Gron. virg.* 131.

Cyperus rotundus gramineus fere inodus, panicula sparsa compressa viridi. *Sloan. hist. jam.* 1. *p.* 117. *t.* 76. *f.* 1.

? *Cyperus* longus minor pulcher, panicula lata compressa subflavescente. *Moris. hist.* 3. *f.* 8. *t.* 11. *f.* 37.

Planta ex Java missa convenit cum data in speciebus. *Linn.* descriptione, *umbella*, spicis centralibus sessilibus compressis exterioribus pedunculatis, ex quatuor spiculis constans.

CYPERUS (*umbellatus*) culmo triquetro nudo, umbella diphylla, pedunculis longissimis spicatis. *Tab. 9.*
f. 1.

Culmus triquierter, *folia* longitudine culni, *involucr.* diphyllo, *pedunc.* longissimi ad septem usque inaequales ad medium vaginantes, *spicae* capitatae oblongae, *involucro* setaceo, *spiculae* lineares, *flosculis* alternis.

SCIRPUS (*capitatus*) culmo tereti folioso, capitulis axillaribus pedunculatis, involucro diphyllo lineari.

Grauen hirsutum indicum, glomeratis capitulis lagopi cæruleis, gluma e squamulis plurimis purpurascensibus, arista unica donatis, compactili. *Pluken. phyt.* 178. *t.* 190. *f.* 7.

Habitat in India.

Culmus dodrantalis teres. *Folia* alterna remotiuscula. *Pedunc.* axillares solitarii. *Involucr.* diphyllo lineare. *Spicae* capitatae pedicellatae tres compressæ.

SCIRPUS (*articulatus*) culmo tereti nudiusculo semi geniculato, capitulo glomerato laterali. *Linn.* *sp.* 70.

Juncus indicus geniculatus, panicula compacta, e spicis squarroso composta. *Ray. hist.* 3. *p.* 629.

Juncus conglomeratus madaraspatanus, acumine geniculato. *Pluken. aln.* 200. *t.* 197. *f.* 6.

Tsjeli. *Rheed. mal.* 12. *p.* 135. *t.* 71.

Habitat in locis aquosis arenosis Malabaræ.

SCIRPUS (*capillaris*) culmo nudo capillari, spicis pedunculatis sessilibus. que lateralibus. *Linn. sp. 73. Fl. zeyl. 39.*

Gramen juncum perpusillum, capillaceis foliis, æthiopicum *Pluken. alm. 179. t. 300. f. 5.*

Gramen pusillum junci capitulis minimis, ad basin foliolis binis acutis. *Burm. zeyl. 108. t. 47. f. 2.*

Gramen glareosum, Junci capitulis ad basin foliosis. *Herm. mus. zeyl. 45.*

Motta-puilla. *Rheed. mal. 12. p. 72. t. 38?*

Habitat in Zeylona, Malabara & Æthiopia.

SCIRPUS (*dichotomus*) culmo triquetro nudo, umbella decomposita, spicis dichotomis sessilibus, *Linn. sp. 74. Fl. zeyl. 40.*

Gramen cyperoides madaraspantanum, juncelli gesneri capitulis sparsis. *Pluken. alm. 179. t. 119. f. 3.*

Gramen parvum, spica triunciali ramosa instar cyperi miliacei. *Burm. zeyl. 101.*

Habitat in Indiæ variis locis.

SCIRPUS (*echinatus*) culmo triquetro nudo, umbella simplici, spicis ovatis. *Linn. sp. 74. Fl. zeyl. 38.*

Gramen cyperoides americanum, spicis grandioribus oblongo-rotundis sparganii in modum echinatis, ad summum caulem pediculis longis intentibus. *Pluken. alm. 179. t. 91. f. 4.*

Gramen cyperinum zeylanicum porcinum, capitulis conglobatis rotundis. *Burm. zeyl. 107.*

Crescit in India utraque.

Tab. 9. f. 2. **SCIRPUS (*miliaceus*)** culmo triquetro nudo, umbella supradecomposita, spicis intermediis sessilibus, involucro setaceo. *Linn. sp. 75. ubi descr.*
Juncus miliaceus umbellatus, Rompot utan Javanis dictus. D. *Kleinbof*, quo nomine 1757. ex Java missus.

Habitat in India.

SCIRPUS (*luzulae*) culmo triquetro nudo, umbella foliosa prolifera, spiculis subrotundis. *Linn. sp. 75. ubi descr.*

Cyperus paniculis longis cruciatis. D. Kleinbof.

Gramen cyperoides orientale, panicula elegantissima in glomerulos conflata. *Pluken. mant. 97. t. 417. f. 3.*

Gramen cyperoides minus, spicis compactis subrotundis flavicantibus. *Sloan. jam. t. 79. f. 1.*

Cyperus virginianus, capitulis globosis. *Petiv. e cuius herbario hanc planam quoque possidemus magnitudine duplo minori tantum differentem a javanica; umbellæ rariores, rotundiores.*

Crescit in utraque India.

SCIR-



1. *CYPERUS umbellatus*.
2. *SCIRPUS miliaceus*.
3. *SACCHARUM spicatum*.
4. *ERIOCAULON sexangulare*.

SCIRPUS (*corymbosus*) culmo triquetro folioso, corymbis lateralibus simplicibus, terminali prolifero, spicis subulatis. *Linn.* sp. 76. *Amoen. acad.* 4. p. 303.

Kudira pulla. *Rheed. mal.* 12. p. 97. t. 43.

Malabar foliis stellatim dentatis. *Petiv. gazoph.* 361. t. 54. f. 11.?

Habitat in Malabara.

SCIRPUS (*cephalotes*) culmo triquetro nudo, capitulo ovato, involucro triphylo longo. *Linn.* sp. 76.

Bobartia spicis capitatis, involucro majore folioso tectis. *Brown. jam.* 129?

Habitat in India utraque.

NARDUS (*ciliaris*) spica incurva ciliata. *Linn.* sp. 78.

Habitat in India.

D I G Y N I A.

BOBARTIA (*indica*). *Linn.* sp. 78.

Bobartia spicis capitatis, involucro folioso. *Linn. fl. zeyl.* 41. *Amoen. acad.* 1. p. 388.

Scirpus madaraspatanus, capitulo squamoso subrotundo. *Scheuch. gram.* 369.

Habitat in India.

SACCHARUM (*officinarum*) floribus paniculatis. *Linn.* sp. 79. *Ray. lugdb.* 52.

Arundo saccharifera: *Sloan. hist. jam.* 1. p. 108. t. 66. *Rumph. amb.* 5. p. 186 t. 74. f. 1. *Bauh. pin.* 18 *theatr.* 293.

In aquosis utriusque Indiæ locis habitat.

SACCHARUM (*spicatum*) floribus spicatis, foliis undatis. *Linn.* sp. 79. *Tab. 9.*

Gramen paniculatum brevifolium crispum, spica purpurea-sericea, mada. f. 3^a raspatanum. *Pluken. alm.* 177. t. 119. f. 1.

Alopecurus malabarica, foliis undulatis, spica prætenui. *Scheuz. gram.* 91.

Tjeria kuren-pulla. *Rheed. mal.* 12. p. 117. t. 62.

α Saccharum floribus spicatis, foliis lanceolatis strigosis.

β Saccharum floribus spicatis, foliis linearibus gramineis.

Habitat in petrosis Indiæ locis.

α & β Specimina ex Java missa differunt foliis gramineis linearibus lanceolatis strigosis, non undulatis ut in *Rheede*, & *Pluken.* figuris, adeo ut speciem alteram constituere videantur, nisi florescentia cum spicato plane conveniret.

PASPALUM (*distichum*) spicis duabus, altera subsessili, floribus acuminatis. *Linn.* sp. 82.

Habitat in Indiis.

2A.

PANICUM (*alopecuroideum*) spica tereti, involucris setaceis, basi ciliatis
fasciculatis unifloris, flosculo quadruplo longioribus. Linn. sp. 82.
Gramen indicum *alopecuroides* holofericeum majus, spica longa pappe-
scente. Plukn. alm. 177. t. 92. f. 5.

Kerpa. Rheed. mal. 12. p. 85. t. 46.

Habitat in Indiis.

Javanica cum figura H. Malab. convenit nec nisi magnitudine, quæ duplo minor, ut sèpè
in H. Malab. figuris obtinet, differt. culmus villosus, spica compressa setis sericeis, se-
minibus ex nigro splendentibus.

PANICUM (*polystachion*) spicis teretibus, involucellis unifloris fasciculato-
setosis, culmis erectis superne ramosis. Linn. sp. 82. ubi descr.

Schoenanthus amboinensis. Rumph. amb. 5. p. 181. t. 72. f. 2.

Gramen daëtylon, multiplici panicula, spicis ab eodem exortu geminis.
Plukn. phyt. 175. t. 92. f. 2.

Gramen avenaceum madaraspantanum panicula sparsa, aristis longiori-
bus donata. Plukn. phyt. 174. t. 191. f. 3.

Gramen caricosum alterum. Rumph. amb. 6. p. 17. t. 7. f. 2. 8.

Rempot pallias javanis.

Habitat in Amboina.

PANICUM (*glaucum*) spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-seto-
sis, seminibus undulato-rugosis. Linn. sp. 83. Fl. zeyl. 44.

Gramen typhoides album. Burm. zeyl. 111.

Panicum spica simplici, aristis aggregatis flosculo subjectis. Gron. virg. 134.

Habitat in Indiis.

PANICUM (*italicum*) spica composita, spiculis glomeratis, setis mixtis,
pedunculis hirsutis. Linn. sp. 83. Roy. lugdb. 54. n. 2. Gron. virg. 134.

Panicum indicum. Rumph. amb. 5. p. 202. t. 75. f. 2.

Panicum italicum. f: panicula majore. Baub. pin. 27. theatr. 519.

Habitat in Indiis.

Tab. 12. PANICUM (*hirtellum*) spica composita, spiculis appressis alternis, calyci-
bus geminis, valvulis omnibus aristatis, arista extima longissima. Linn.
sp. 83. Amoen. acad. 5. p. 391. ubi descr.

Panicum sylvestre, panicula rariori, specillis longioribus uno versu flo-
ridis. Brown. jam. 133.

Habitat in Indiis utrisque.

In Javanica caedes procumbentes glaberrimi. folia brevia ovato-lanceolata plana; vaginæ
foliis longioribus, scapus erectiusculus, spicæ secundæ subsessiles aristatae.

PANICUM (*crus corvi*) spicis alternis secundis, spiculis subdivisis, glumis subaristatis hispidis, rachi trigona. *Linn. sp.* 84.
Habitat in Indiis.

PANICUM (*colonum*) spicis alternis secundis muticis ovatis scabris, rachi teretiuscula. *Linn. sp.* 84. ubi deser.

Gramen paniceum minus, spica divisa insulæ barbadensis. *Plukn. alm.* 174.

t. 189. *f.* 5.

Gramen paniceum minimum humistratum, spica divisa mutica, foliis variegatis. *Sloan. hist. jam.* I. *t.* 64. *f.* 3. *Ebret. phyt.* *t.* 3. *f.* 3.

Hippogrostis amboinica. *Rumph. amb.* 6. *p.* 14. *t.* 5. *f.* 2.

Crescit in utriusque Indiis.

Capit eretus. *Fol.* spithamea, *Scapus* eretus simplex, *Spicis* alternis erectis sessilibus glaberimis, numero sex.

PANICUM (*compositum*) spica composita, spiculis linearibus secundis, flosculis geminis remotis, calycibus aristatis. *Linn. sp.* 84. *Fl. zeyl.* 42.

Gramen zeylanicum, ex una parte aristis donatum, spica divisa. *Herm. mus. zeyl.* 36.

Habitat in Zeylona.

PANICUM (*dimidiatum*) spica dimidiata secunda, rachi linearis membrana. *Tab. 8.*
cea, extrorsum flosculis aggregatis. *Linn. sp.* 84. *f.* 3.

Gramen bermudense frumentaceum, foliis brevibus obtusis, spica crassiuscula compressa antrorsum gemino versu granifera. *Plukn. phyt.* 174.

t. 244. *f.* 6.

Gramen floridum luteum, capitulis squamatis majus. *Burm. zeyl.* 109.

Mothutu. *Herm. zeyl.* 50. *Linn. zeyl.* 207.

Habitat in India.

PANICUM (*sanguinale*) spicis digitatis, basi interiore nodosis, flosculis *Tab. 10.*
geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Linn. sp.* 84. *Roy. lugdb.* 55. *f.* 1.
no. 6.

Gramen dactylon majus repens, foliis hirsutissimis. *Buxb. cent.* 5. *p.* 34. *t.* 65.

Gramen dactylon majus, panicula longa, e spicis plurimis gracilibus longis
constante. *Sloan. hist. jam.* 113. *t.* 70. *f.* 3. cum qua Javanica penitus
convenit.

Habitat in India utraque.

PANICUM (*lineare*) spicis digitatis subquaternis linearibus, flosculis soli- *Tab. 10.*
tariis secundis muticis. *Linn. sp.* 85. *f.* 2.

D

Gra-

Gramen dactylon, panicula longa, spicis plurimis gracilioribus & longis.
Sloan. bist. jam. t. 70. f. 3.

Specimina ex India missa variant spicis saepe binis linearibus & flosculis alternis.

Tab. 10. PANICUM (*patens*) panicula oblonga patente, calycibus bifloris, foliis
f. 2 linearie-lanceolatis. *Linn. sp. 86.*

Gramen pratense Indiae orientalis nostrati simile, panicula elegantiore.
Plukn. mant. 96. Ray. bist. 3. p. 616.

Hippoglossis amboinensis. *Rumph. amb. 6. t. 5. f. 3.*

Tsiama-pullu. *Rheed. mal. 12. p. 75. t. 41.*

Specimina javanica melius convenient cum *Rumph.* quam cum *Rheed.* figura, cujus folia
 longiora.

PANICUM (*miliaceum*) panicula laxa flaccida, foliorum vaginis pubescen-
 tibus. *Linn. sp. 86.*

Milium semine luteo & albo. *Baub. pin. 26. theatr. 502.*

Milium indicum, arundinaceo folio, granis flavescentibus. *Raj. bist. 3. p. 598.*
 Habitat in India.

PANICUM (*punctatum*) panicula laxa patente, flosculis muticis alternis,
 foliis linearibus.

Gramen paniceum, multiplici spica, maderaspatanum. *Plukn. phyt. 174. t.*
191. f. 1.

Habitat in India.

PANICUM (*brevifolium*) paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter
 ciliatis. *Linn. sp. 87.*

Panicum miliaceum, latiore folio, maderaspatanum. *Plukn. ahm. 176. t. 189. f. 4.*

Gramen miliaceum viride, foliis latis brevibus, panicula capillacea, fe-
 mine albo. *Sloan. bist. jam. 1. p. 115. t. 72. f. 3.*

Gramen tremulum minus, Itana zeylonensis. *Burm. zeyl. 111.*

Tab. 11. PANICUM (*repens*) panicula virgata, foliis divaricatis. *Linn. sp. 87. ubi descr.*
f. 1. Habitat in Java.

Paniculae racemi alterni in nullo specimine ramosi occurunt, qui in nostris sex vel octo
 numero observantur.

ALOPECURUS (*berdeiformis*) racemo simplici, flosculis aristis circumval-
 latis. *Linn. sp. 90. ubi descr.*

Habitat in Indiis.

ALO.

T. 20.



1. *PANICUM sanguinale*.
2. ————— *lineare*.
3. ————— *patens*.





1. *PANICUM sanguinale*.
 2. ————— *lineare*.
 3. ————— *patens*.



1. *PANICUM repens*.2. *POA malabarica*.3. —— *chinensis*.

1



1. *PANICUM repens*.
 2. *POA malabarica*.
 3. — *POA chinensis*.

ALOPECURUS (typhoides) racemo simplici, flosculis muticis.

Gramen alopecuroides, spica maxima Indiæ orientalis. *Plukn. almag.* 174.
t. 32. f. 4.

Gramen alopecuroides indicum maximum. *Raj. hist.* 600.

AGROSTIS (indica) panicula contracta mutica, racemis lateralibus eretis alternis. *Linn. sp.* 94. ubi descr.

Gramen pratense, panicula & foliis angustissimis, spicis brevibus muticis, loculis minimis. *Sloan. hist. jam.* 1. p. 115. t. 73. f. 1.

Gramen fecalinum indicum, spica gracili tomentosa, aristis longioribus ad se invicem intortis. *Plukn. phyt.* 175. t. 191. f. 5.

Crèscit in Indiis utrisque.

AGROSTIS (radiata) spicis subquinis cruciatis, basi villosis, valvulis petaloideis aristatis. *Linn. sp.* 94. *Amoen. acad.* 5. p. 392.

Gramen cruciatum assurgens, spicis subhirsutis tenuioribus & longioribus deorsum frugiferis. *Brown. jam.* 137.

Gramen dactylon, spicis gracilioribus plerumque quatuor cruciformiter dispositis. *Sloan. hist. jam.* 1. p. 111. t. 68. f. 3.

Gramen dactylon americanum cruciatum. *Plukn. phyt.* 175. t. 189. f. 7.?

Habitat in Indiis.

AIRA (indica) spica subovata secunda, flosculis obtusis muticis, foliis planis. *Linn. sp.* 94. ubi descr.

POA (amabilis) paniculæ patente, spiculis octifloris linearibus. *Linn. sp.* 100. *Fl. zeyl.* 46.

Gramen amoris alterum, paniculis strigosioribus magisque sparsis. *Plukn. alm.* 176. t. 92. f. 2.

Gramen amoris minus. *Burm. zeyl.* 105.

Habitat in India.

POA (malabarica) paniculæ ramis simplicissimis, floribus sessilibus, semini- *Tab. 11.*
bus distantibus, culmo repente. *Linn. sp.* 100. *f. 2.*

Gramen miliaceum sylvaticum maximum, semine albo. *Sloan. hist. jam.*
114. t. 7. f. 3.

Habitat in Malabara & Java.

Folia lanceolato-ovata. Panicula laxa. Flores alterni sessiles.

POA (chinensis) paniculæ ramis simplicissimis, floribus sessilibus, semini- *Tab. 11.*
bus imbricatis, culmo erecto. *Linn. sp.* 100. ubi descr. *f. 3.*

Habitat in India.

Scapus pedalis. Racemi per intervalla distantes sèpius sex lineares stricti, flosculis alternis.

POA (tenella) panicula oblonga capillari subverticillata, flosculis sexfloris minutissimis. *Linn. sp. 101.*

Gramen paniculatum, loculis tenuissimis subrotundis. *Burm. zeyl. 110.*
t. 47. f. 3.

Gramen paniculatum ex oris malabaricis, panicula delicatiore. *Plukn. alm.*
176. t. 300. f. 2.

Gramen fumi. *Rumph. amb. 6. t. 4. f. 3.*

Gramen amoris, paniculis rotundis tenuissimis. Rompot Javan dictum
D. Keinbof.

Habitat in India.

UNIOLA (mucronata) spica disticha, spiculis ovatis, calycibus subarista-
tis. *Linn. sp. 104. ubi descr.*

Habitat in India.

Tab. 12. DACTYLUS (lagopoides) spica compressa simplici, foliis divaricatis pun-
gentibus.
f. 2.

Gramen geniculatum, foliis brevibus, aculeos mentientibus. *Plukn. phyt.*
177. t. 189. f. 3.

Gramen dactyloides javanicum. *Garzin. herb.*

Gramen typhoides album. *Burm. zeyl. 111.*

Culmi palmates procumbentes teretes lèves, *spicis* magnitudine unguis, solitariis com-
pressis. *Folia* vaginantia divaricata pungentia.

Tab. 12. DACTYLUS (geniculatus) culmo geniculato, spicis distichis ternis, foliis
f. 3. linearibus plicatis mucronatis.

Gramen geniculatum junceum minus. *D. Pryon.*

Habitant in Java.

Culmi geniculati ramosi vaginati. *Folia* alterna linearia, *vaginis* caules investientia. *Spicæ*
terminales tres distichæ erætæ, *flosculis* alternis.

CYNOSURUS (ægyptius) spicis quaternis obtusis patentibus dimidiatis,
calycibus mucronatis, caule repente. *Linn. sp. 106. Roy. lugdb. 64. n. 4.*

Gramen ischænum malabaricum speciosius, longioribus macronatis fo-
liis. *Plukn. alm. 175. t. 300 f. 8.*


Gramen dactylon ægyptiacum. *Baub. pin. 7. Moris. bist. 3. p. 184. f. 8.*
t. 3. f. 7. Scheuz. gram. 109.

Planta Javanica vix pedalis.

CYNOSURUS (indicus) spicis digitatis linearibus, culmis compressis de-
clinatis, basi nodosis, foliis alternis. *Linn. sp. 106. Roy. lugdb. 65. n. 50.*
Gra.



1. *PANICUM hirtellum*.
2. *DACTYLIS lagopodes*.
3. ————— *Desmodium geniculatum*.



TRIANDRIA DIGYNIA.

29

Gramen dactyloides, spicis deorsum aristatis. *Burm. zeyl.* 106. t. 47. f. 1.
 Gramen vaccinum fæmina. *Rumph. amb.* 6. p. 10. t. 4. f. 2.
 Kavata-pullu. *Rheed. mal.* 12. p. 131. t. 69.
 Habitat in Indiis.

CYNOSURUS (*coracanus*) spicis digitatis incurvatis, culmo erecto compresso; foliis suboppositis. *Linn. sp.* 106. ubi descr.
 Gramen dactylon orientale majus frumentaceum, semine napi, coracan cingalensisbus. *Pluken. alm.* 174. t. 91. f. 5.
 Gramen dactylon ægyptiacum. *Baub. pin.* 7. *theatr.* 110.
 Gramen dactylon americanum minus. *Scheuz. gram.* 107.
 Gramen dactyloides, fructu esculento. *Raj. hijb.* 3. p. 606.
 Panicum gramineum, s. Naatsjoni. *Rumph. amb.* 5. p. 203. t. 76. f. 2.
 Noem & fabil. *Vestling. egypt.* 52. t. 53.
 Tsitti-pullu. *Rheed. mal.* 12. p. 149. t. 78.
 Coracan cinghalensisbus. *D. Knox. itin.* p. 11.
 Habitat in Indiis.

CYNOSURUS (*lagopoides*) culmo folioso, spicis conicis pedunculatis solitariis villosis.
 Amaranthoides spicatum indicum ramosissimum, spergulae foliis, spica alopecuroide incarnata. *Pluken. amalb.* 13. t. 357. f. 4.
 Graminis species, Canna Pouloe incolis dicta. *D. Outgaarden.*
 Habitat Coromandeli.

Rad. alba. Caul. erectiusculus teres foliosus, ramis sparsis saepe solitariis. Fol. lanceolata magnitudine unguis. Pedunc. terminales. Spica conica compressa. Color totius plantæ cinereus.

STIPA (*arguens*) aristis nudis, bracteis basi barbatis, flosculis sessili-fasciculatis. *Linn. sp.* 117. ubi descr.
 Gramen arguens. *Rumph amb.* 6. p. 15. t. 6. f. 1.
 β Gramen æthiopicum, panicula molli virente, aristis crispati longioribus fuscis. *Pluken. phyt.* 176. t. 300. f. 1.
 Janjan marap. javanis.
 Habitat in Indiis.

STIPA (*littorea*) bracteis lanceolatis, floribus umbellato fasciculatis, foliis vaginantibus recurvatis canaliculatis cuspidatis.
Cyperus littoreus echinato capite. Rumph. amb. 6. p. 6. t. 2. f. 2.
 Gramen distacophoron, spica turgida cristata. *Burm. zeyl.* 107.
 Ily-mallu. *Rheed. mal.* 12. p. 143. t. 73.
 Rompot laut javanis.

TRIANDRIA DIGYNIA.

Rad. repens. Culmus bipedalis erexit teres foliatus geniculatus, ramis deflexis sulcatis rigidis. Fol. vaginaria recurvata spithamea canaliculata rigida cuspidata nitida. Flores centia capitulum. Bracteæ lanceolatae. Flores umbellato-fasciculati. Glume bivalves, setis palmaribus hispidis.

LAGURUS (*paniculatus*) paniculæ ramis supradecompositis proliferis.

Linn. Fl. zeyl. n. 45.

Arundo zeylanica farcta, odore & sapore Calami aromatici. Burm. zeyl. p. 35.

Arundo indica odorata. Grimm. labor. zeyl. p. 120.

Calamus odoratus Matthioli. Baub. pin. 17.

♂ Arundo farcta. Rumph. amb. 4. p. 22. t. 6.

Habitat in Zeylona.

ARUNDO (*Bambos*) calycibus multifloris, spicis ternis sessilibus. Linn.

sp. 120. Fl. zeyl. 47.

Arundo arbor. Baub. pin. 18. Roy. lugdb. 67. n. 6.

Arundo indica arborea maxima, cortice spinoso, Tabaxir fundens. Burm. zeyl. 35.

Arundo tabaxifera. Dale pharm. suppl. 251.

Tabaxir & Mombu arbor. Baub. bijt. I. p. 222.

Ily. Rheed. mal. I. p. 25. t. 16.

Habitat in India utraque.

Plures *Arundinis* species in herbario occurunt, quæ foliatura in primis differunt, & a Jananis distinguuntur sub nominibus *Bamboese*, quæ *Bambos*. *Bamboe Tambo*, quæ genuibus longioribus, foliatura latiore. *Bamboe Apoës Cittik*, quæ genubus ad modum brevibus, foliis longis linearis lanceolaris. *Bamboe Ampal*, quæ patum ab europaea differt. *Bamboe china*, quæ *Beesba*. *Rheed. mal* 5. p. 119 t. 60. Pluresque aliae, absque nominibus transmissa, quæ absque dubio pro distinctis speciebus habenda forent; cum vero omnes absque fructificatione occurrant, nil certi de illis determinare audeo, iisque relinquo, quibus viventes examinare licet.

T R I G Y N I A.

ERIOCAULON (*triangulare*) culmo triangulari, foliis ensiformibus, capitulo ovato. Linn. sp. 128.

Plantaginella aurea alopecuroides brasiliiana, foliis gramineis. Breyn. cent. t. 50. Moris. bijt. 3. p. 259. f. 8. t. 16. f. 17.

Habitat in Brasilia.

ERIOCAULON (*quinquangularis*) culmo quinquangulari, foliis ensiformibus, calyce universali pentaphyllo. Linn. sp. 129. Fl. zeyl. 48.

Scabiosa graminea nudicaulis, capitulis argenteis: seu statice minima madaraspatica. Pluken. alm. 366. t. 221. f. 7.

Rhandalia madaraspatica, graminis folio, globulifera. Petiv. mus. no. 796.

Habitat in India.

ERIO-

TRIANDRIA TRIGYNIA.

31

12

ERIOCAULON (*sexangulare*) culmo sexangulari, foliis ensiformibus. *Tab. 9.*
Linn. sp. 129. Fl. zeyl. 49. *f. 4.*

Gramen junceum Indiæ orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis
 spiculis in cacumine caulis glomerao. *Plakn. mant. 93.*

Gramen junceum, chamemæli capitulis albis aphyllis. *Burm. zeyl. 108.*

Gramen indicum, capitulis tomentosis. *Herm. mus. zeyl. 17.*

Habitat in Zeylona.

ERIOCAULON (*setaceum*) culmo sexangulari, foliis setaceis. *Linn. sp. 129.*

Rhandalia malabarica, capillaceo folio. *Petiv. gazoph. 344. t. 53. f. 10.*

Gramen junceum, foliis capillaceis sericeis, capitulis minimis rotundis.
Burm. zeyl. 109.

Graminifolia aquatica indica, caulinis nudis, capitula rotunda gestanti-
 bus. *Raj. bijt. 3. p. 604.*

Tsieru kotsijelleti pullu. *Rheed. mal. 12. p. 129. t. 68.*

Habitat in aquosis Indiæ locis.

HOLOSTEUM (*birsutum*) foliis orbiculatis hirsutis. *Linn. sp. 130.*

Habitat in Malabara.

MOLLUGO (*oppositifolia*) foliis oppositis lanceolatis, ramis alternis, pe-
 dunculis lateralibus confertis unifloris. *Linn. sp. 131.*

Alsine spergulæ facie bengalensis, foliis angustis ad genicula binis, flos-
 culis plurimis ad caulem radiatis, semine minutissimo fulvo. *Plakn. phyt.*
21. t. 75. f. 6.

Alsine madurensis, spergulæ facie. *Herb. Garzin.*

Crescit in Zeylona.

Adhibetur in acetariis loco laetucæ. *Herm. mus. 4.*

MOLLUGO (*stricta*) foliis subquaternis lanceolatis, racemis paniculatis.

Linn. sp. 131. ubi descr.

MOLLUGO (*pentaphylla*) foliis quinis obovatis æqualibus, floribus pani-
 culatis. *Linn. sp. 131. Fl. zeyl. 51.*

Alsine ramosa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Burm.*
zeyl. 13. t. 8. f. 1.

Alsine zeylanica sylvestris repens, floribus albis. *Hartog. herb.*

Alsine ramosa procumbens quadrifolia, floribus albis. *D. Piron.*

Habitat in Zeylona & Java, unde missa foliis quaternis lanceolatis.

MOLLUGO (*spergula*) foliis quinis obovatis, ramis alternis, pedunculis
 unifloris. *Linn. sp. 131. ubi descr.*

Habitat in India.

MOL-

MOLLUGO (erecta) foliis quinis lanceolatis inæqualibus. *Roy. lugdb.* 215.
pedunculis subbifloris.

Al sine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl.* 13. t. 7.

Al sine zeylanica erecta sylvestris, flore albo. *Hartog. herb.*

Habitat in Zeylona.

Caulis ramis dichotomis Folia verticillata quina vel sex lanceolata. Pedunc. axillares dichotomi.

MOLLUGO (triphylla) foliis ternis obovatis inæqualibus, intermedio maximo, pedunculis unifloris verticillatis.

Anthyllis indica, *Tithymali fructu botryoide*, *tricarpos*, ad caulem in verticillis posito, ternis inæqualibus foliis. *Plukn. amalb.* 17. t. 357. f. 1.

Mansjel calinier ab incolis dictum. *D. Outgaerden.*

Habitat in India.

Caul. spithameus scaber. Fol. terna subpetiolata obovata. Flores verticillati pedunculati
fæpe numero viginti, ad divitiram caulis, ubi Folia crumpunt.

MOLLUGO (paniculata) foliis quinis obovatis, pedunculis terminalibus.

Al sine lutea ramosissima pentaphylla polyanthos. *Burm. zeyl.* 12. t. 6. f. 2.

Habitat in Zeylona.

T E T R A N D R I A M O N O G Y N I A.

SCABIOSA (prolifera) corollulis quinquefidis radiantibus, floribus sessili-
bus, caule prolifico, foliis indivisis subserratis. *Linn. sp.* 144.

Scabiosa stellata humilis integrifolia prolifera. *Herm. par.* 223. t. 223.

Habitat in India.

SCABIOSA (atropurpurea) corollulis quinquefidis, foliis dissectis, recepta-
culis florum subulatis. *Linn. sp.* 145.

Scabiosa peregrina rubra, capite oblongo. *Bauh. pin.* 270.

Scabiosa vi Indica. *Clus. hist.* 2. p. 3.

Habitat in India, in hortis frequens.

HEDYOTIS (fruticosa) foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminali-
bus involucratis. *Linn. sp.* 147.

*Valerianella foliis nervosis acutis, flosculis in caulum summo quasi invo-
lucratis*. *Burm. zeyl.* 227. t. 107.

Tjotjor-bebeck Javanis.

Habitat in Zeylona & Java.

HE.

TETRANDRIA MONOGYNIA. 33

HEDYOTIS (*auricularia*) foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillatis.

Linn. sp. 147. Fl. zeyl. 64.

Valerianella palustris, foliis nervosis oblongis, flosculis ad caulum nodos inter foliorum sinus collectis. *Burm. zeyl. 227. t. 108. f. 1.*

Pulegium latifolium zeylanicum aquaticum inodorum, caulinis atropurpureis. *Herm. herb.*

Alsinefolia indica, foliis ex adverso binis, flosculis tetrapetalis in foliorum alis. *Raj. hist. 3. p. 424.*

Muriguti. *Rheed. mal. 10. p. 63. t. 32.*

Crescit in variis Indiæ locis.

HEDYOTIS (*herbacea*) foliis linear-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. *Linn. sp. 147. Fl. zeyl. 65. ubi descr.*

Habitat in Zeylona.

SPERMACOCE (*tenuior*) glabra, foliis lineatis, staminibus inclusis. *Linn. sp. 147. Roy. lugdb. 258.*

Spermacoce annum, foliis lanceolatis glabris, floribus verticillatis. *Loefl. it. 202.*

Anonymos americana, foliis parietariæ scabris, floribus albis ad foliorum ortum vix conspicuis. *Plukn. alm. 33. t. 136. f. 4.*

Crateogonium amboinicum majus. *Rumph. amb. 6. p. 25. t. 10. quæ convenit cum planta a D. Kleinbof ex Java transmisâ.*

SPERMACOCE (*verticillata*) glabra, foliis lanceolatis, verticillis globosiss. *Linn. sp. 148.*

Spermacoce verticillis globosiss. *Dill. eltb. 369. t. 277. f. 358.*

Habitat in utraque India.

SPERMACOCE (*hispida*) hispida, foliis obovatis. *Linn. sp. 148.*

Galeopsis zeylanica, folio oblongo, flore albo. *Burm. zeyl. 163. t. 20. f. 3.*

Digitalis forte aspera repens rotundifolia. *Burm. zeyl. 88.*

Sideritis aspera rotundifolia indica repens minor, flosculis minimis pallide cæruleis. *Herm. zeyl. 3.*

Tardavel? *Rheed. mal. 9. p. 149. t. 76.*

Nattei jourie incolis.

Crescit in Zeylona & Java.

Folia in omnibus speciminiibus obovata undulata, apice obtusa.

SPERMACOCE (*corymbosa*) procumbens, foliis linearibus, corymbis lateribus pedunculatis. *Linn. sp. 149. ubi descr.*

Habitat in India.

34 TETRANDRIA MONOGYNIA.

*Tab. 13. SPERMACOCE (cocyoides) glabra, foliis ovatis acuminatis.
f. 1. Sajor Babi Javanis. D. Kleinb.*

Medium inter tenuorem & hispidum tenet locum, differtque in primis, *caule* glabro qua-
drangulari, *foliis* ovatis acuminatis tomentosis, *vericillis* sessilibus confertis.

Tab. 13. KNOXIA (zeylanica). Linn. sp. 151. Fl. zeyl. 400.

*f. 2. Veronicæ ad finis indica tenuifolia, flosculis in caliculis barbatis, summo
caule fere umbellatis. Plukn. phyt. 384. t. 114. f. 2.*

*Dentillaria zeylanica, flore minimo, antirrhinifolio, wissaduli zeylonen-
sibus. Raj. suppl. 246. Burm. zeyl. 86.*

*Lychnis indica sylvestris, flosculis niveis tenellis, wissaduch cinghalen-
sium. Herm. herb. Burm. zeyl. 144.*

Habitat in Zeylona.

SIPHONANTHUS (indica). Linn. sp. 159.

Siphonanthus salicis folio, flore flavescente. Amm. ruth. 1736. p. 214. t. 15.
Habitat in India.

*IXORA (coccinea) foliis ovalibus semiamplexicaulibus, floribus fascicula-
tis. Linn. sp. 159. Fl. zeyl. 22.*

*Jasminum flore tetrapetalo, Ixora Linnæi, Schetti. H. mal. Burm. zeyl.
125. t. 57.*

*Jasminum indicum lauri folio inodorum umbellatum, floribus coccineis.
Plukn. alm. 196. t. 59. f. 2.*

*Arbor indica lauri amplioribus foliis obtusis. Plukn. mant. 20. t. 364. f. 1.
Flamma sylvarum. Rumph. amb. 4. p. 105. t. 46.*

Schetti. Rheed. mal. 2. p. 17. t. 13.

Malaice d'jarong. Javanis. Ratambala cingalensium. Herm. herb.

Habitat in variis Indiae locis.

*Fruitus, qui proxime cerasis accidunt, comeduntur ab incolis, & a pavonibus arripun-
tur. Herm. herb.*

*IXORA (alba) foliis ovatis lanceolatis, floribus fasciculatis. Linn. sp. 160.
Jasminum indicum lauri folio inodorum umbellatum, floribus albicantibus.*

& schetti album. Plukn. alm. 196. t. 109. f. 2.

Jasminum flore tetrapetalo flavo, Bemschetti. H. mal. Burm. zeyl. 126.

*Jasminum arborescens indicum, flore tetrapetalo umbellato, foliis longio-
ribus & angustioribus. Breyen. prod. 2. p. 75.*

Bemschetti Rheed. mal. 2. p. 19. t. 14.

Manaer. Javanis.

Habitat in India.

Differt foliis latioribus obtusis ut & acuminatis.




1. *SPERMACOCE cymoides*.
2. *KNOXIA zeylanica*.
3. *PAVETTA indica*.





1. *SPERMACOCE ocymoides*.
 2. *KNOXIA zeylanica*.
 3. *PAVETTA indica*.



TETRANDRIA MONOGYNIA. 35

PAVETTA (*indica*). *Linn. sp.* 160.

Tab. 13.
f. 3.

Sambucus humilis zeylanica Pawatha zeylanensis. Burm. zeyl. 209.

Sambucus antidyseenterica zeylanica humilis. Herm. mus. zeyl. 3.

Arbor malabariensis, fructu lentisci. Baub. pin. 399.

Pavate arbor, foliis mali aurei. J. Baub. hist. 2. p. 102. Pluken. pbyt. 283.

t. 147. f. 1. foliis alternis.

Pavate. Raj. hist. 1581.

Pavetta sive malleomothe. Rheed. mal. 5. *p. 19. t. 10.*

Flamma silvarum peregrina. Rumph. amb. 4. *p. 106. t. 47.*

Flos chinensis, quod Jasminum javanicum latifolium. D. Kleinb.

*β Cambong sancte mera dicta Javanis, quæ latifolia magnitudine duplo
majore differt a præcedenti.*

Habitat in India.

EXACUM (*sessile*) floribus sessilibus. *Linn. sp.* 163. *Fl. zeyl.* 61.

Centaurium zeylanicum minus. Burm. zeyl. 57.

Centaurium minus aureum, flosculis numerosis æthiopicum. *Pluken. aln.* 57.

t. 275. f. 3.

Habitat in Asia & Africa.

EXACUM (*pedunculatum*) frondibus pedunculatis. *Linn. sp.* 163.

Lysimachia caule ter tripartito. Burm. zeyl. 146. *t. 63. f. 2.*

Lychnis indica Gentianæ folio febrifuga. Petiv. mus. no 657.

Centaurium minus hypericoides, flore luteo, lini capitulis. Pluken. mant. 43.

t. 343. f. 3.

Habitat in India.

PLANTAGO (*asiatica*) foliis ovatis glabris, scapo angulato, spica flosculis distinctis. *Linn. sp.* 163. ubi descr.

Plantago rotundifolia quinquenervia D. Piron, quæ foliis integerrimis & denticulatis.

Habitat in Java & China.

PLANTAGO (*indica*) caule ramoso herbaceo, foliis integerrimis reflexis, capitulis foliosis. *Linn. sp.* 167. ubi descr.

Habitat in India & Ægypto.

CISSUS (*vitiginea*) foliis cordatis subquinquelobis tomentosis. *Linn. sp.* 170.

Fl. zeyl. 60.

*Vitis maderaspatana, fructu azureo, folio subrotundo & anguloso. Petiv.
mus. n.* 696.

E. 2

Ar.

36 TETRANDRIA MONOGYNIA.

Arbuscula baccifera circumPLICATILIS, folio subtus lanato, fructu racemoſo
fervidiore odoro. *Plukn. mant.* 27. t. 337. f. 2.
Funis crepitans. *Rumph. amb.* 5 p. 446. t. 164.
Schunambu-valli. *Rheed. mal.* 7. p. 21 t. 11.
Ghalberya. *Burm. zeyl.* 105. Galing Galing Javanis.
Habitat in India.

CISSUS (acida) foliis ternatis oblongis carnosis incisis. *Linn. sp.* 170.

Sicyos trifoliata. *Linn. sp.* 1. p. 1013.

Iphiola triphylla scandens & *claviculata*, foliis crassis serratis. *Brown.*
jam. 147.

Bryonia alba triphylla geniculata, foliis crassis acidis. *Sloan. hist. jam.* 1.
p. 233. t. 142. f. 6.

Bryonioides trifoliatum indicum, foliis succulentis crassis & crenatis. *Plukn.*
alm. 71. t. 152. f. 2.

Narralei incolis Coromandeli.

Habitat in India utraque.

FAGARA (Piperita) foliolis crenatis. *Linn. sp.* 172.

Piper Japonicum sio & sansio. *Kæmpf. amoen.* 892. t. 893.

Habitat in Japonia.

TOMEX (tomentosa). *Linn. sp.* 172. *Fl. zeyl.* 59. ubi descr.

Arbor malabarica, illa dicta, cuius cortice Indi vescuntur, defectu fo-
liorum Beteles. *Burm. zeyl.* 26.

Habitat in Zeylona & Malabara.

PTELEA (viscosa) foliis simplicibus. *Linn. sp.* 173.

Triopteris erecta fruticosa, foliis oblongis acuminatis, ramulis gracilibus.
Brown. jam. 191. t. 18. f. 1.

Dodonæa. *Linn. H. cliff.* 144. *Fl. zeyl.* 141. *Roy. lugdb.* 206. *Jacquin.*
amer. 19:

Carpinus viscosa, salicis folio integro oblongo. *Burm. zeyl.* 55. t. 23.

Caryophyllaster littoreus. *Rumph. amb.* 4. p. 110. t. 50.

Arbuscula viscosa, *Eleagni* foliis late virentibus, *americana* tricoccos.
Plukn. phyt. 43. t. 141. f. 1.

Aceri s. *Paliuro* affinis, angusto oblongo ligustri folio, flore tetrapetalo
herbaceo. *Sloan. hist. jam.* 2. p. 27. t. 162. f. 3. *Raj. dendr.* 94.

Staphylocadron, foliis lauri angustis. *Plum. ic.* t. 247. p. 245.

Habitat in locis arenosis utriusque Indiæ.

LUDWIGHIA (alternifolia) foliis alternis lanceolatis. *Linn. sp.* 173.

Ludwigia capsulis subrotundis. *Linn. H. cliff.* 491. *Roy. lugdb.* 252. n. 1.

Gron. virg. 17.

Ly-



1. OLDENLANDIA teruifolia.
2. BORAGO zeylanica.
3. CAPRARIA uniflora.





1. *OLDENLANDIA tenuifolia*.
 2. *BORAGO zeylanica*.
 3. *CAPRARIA uniflora*.



A

TETRANDRIA MONOGYNYIA. 37

Lysimachia non papposa, flore luteo majore, siliqua caryophyloide minore ex virginia. *Plukn. alm.* 235. t. 203. f. 2.

Frutex saligneis foliis, caule purpureo, capsularis. *Plukn. amalb.* 99. t. 412. f. 1.

Panu incolis.

Habitat in utraque India.

LUDWIGHIA (*perennis*) foliis oppositis lanceolatis, capsulis pedunculatis. *Linn. sp.* 173. *Fl. zeyl.* 66.

Lysimachiæ species, fructu caryophylloideo. *Burm. zeyl.* 146.

Carambu. *Rheed. mal.* 2. p. 95. t. 49. foliis alternis.

Seroeni ayer kitsjil Javanis.

Habitat in variis Indiæ locis.

LUDWIGHIA (*trifolia*) foliis ternis ovato-lanceolatis, floribus terminalibus pedunculatis.

Doedoek Javanis.

Rad. fibrosa. Caul. herbaceus spithameus erectus striatus lavis. fol. oppositi petiolata terna, ex quorum alis pedunc terminales pollicares, ubi bractæ ovatæ. Flores propriis pedicellis instructi, gemelli.

OLDENLANDIA (*tenuifolia*) pedunculis unifloris alternis, foliis linearibus, pedunculo longioribus. *Tab. 14. f. 1.*

Al sine indica tenuifolia, flosculis solitariis albicantibus. *D. Fryon.*

Parpadagam. *Rheed. mal.* 10. p. 69. t. 35.

Habitat in Java.

Caules spithamei procumbentes. Fol. opposita linearia, pedunculis duplo longiora. Pedunc. axillares alterni solitarii brevissimi uniflori. Fl. albicantes.

OLDENLANDIA (*biflora*) pedunculis bifloris, petiolo longioribus, foliis lanceolatis. *Linn. sp.* 174. *Fl. zeyl.* 68.

Antirrhinum humile angustifolium, flosculo gemello, ex alis foliorum produceto. *Burm. zeyl.* 22. t. 11.

Antirrhinum indicum purpureum pusillum. *Herm. zeyl.* 47.

Al sine folio oblongo. *D. Kleinbof.*

Al sine zeylanica. *D. Garzin.* quæ magnitudine & foliis latioribus differt:

Habitat in India, præsertim in Zeylona.

OLDENLANDIA (*umbellata*) umbellis nudis lateralibus alternis, foliis linearibus. *Linn. sp.* 174. *Fl. zeyl.* 67.

Rubeola zeylanica, Elarathmil dictha. *Burm. zeyl.* 208.

Lysimachiæ adfinis saturejæ foliis maderaspatensis, capsulis in summitate fere umbellatis. *Plukn. alm.* 236. t. 119. f. 4.

38 TETRANDRIA MONOGYNYA.

Rubeola maritima indica molluginis folio, cinghalensis Ratmul, id est radix rubra, aliis Tseija, & a Baldeo in descr. *Malab.* Essaye vocatur.
Hermann. herb.
Habitat in India.

Rad. fibrosa extus alba intus ruberrima. Caul. palmata procumbentes dichotomae. Fol. subquaterna linearis-lanceolata. Pedunc. terminales & axillares alternt umbellati; pedicellis ex singula umbella 5. v. 6 bifloris.
Radix notissima est pictoribus indicis ad ingenda linteae. Herm. herb.

Tab. 15. OLDENLANDIA (paniculata) pedunculis terminalibus paniculatis, foliis ovali lanceolatis. Linn. sp. app. 1667. ubi descr. 1762.

Tjeru-tsjonganam pullu. Rheed. mal. 10. p. 51. t. 26. at cor. quinquefida, folia ternata?
Habitat in India.

Caul. pedales, erecti usculi. Fol. opposita subpetiolata ovali-lanceolata pollicaria. Pedunc. terminales dichotomi biflori.

Tab. 15. OLDENLANDIA (repens) caule repente, foliis obovatis petiolatis, axillaris flosculis. f. 2.

Al sine spargula Indiæ orientalis, caulinis pilosis, calyce spinulis aureis pro staminibus referto, ad ortum foliorum singulatim sessili. Plukn. amalb. 10. t. 356. f. 5.

Neladsjira. Rheed. mal. 10. p. 61. t. 31.

Amat loca paludosa Coromandeli, ubi Nier madalei dicitur.

Rad. annua fibrosa. Caul. palmaris procumbens teres ruber, ramis divergentibus. Fol. opposita petiolata obovata glabra plana. Pedunc. ex omni axilla solitarii brevissimi uniflori, qui in horto malabarico terminales.

AMMANNIA (ramosior) foliis subpetiolatis, caule ramoso. Linn. sp. 175. Samolus maderaspatanus floridus, verticillis plurimis dense stipatis. herb. Petiv. cuius manu notatur: Lapathum anthoxanthi summis ramulis aliquatenus accedens Indiæ orientalis. Kalureeve malabarorum. Plukn. mant. 112. & alm. 205. act. philos. 591. n. 264. Raj. hist. 3. p. 551.

Lapathum aquaticum luteoli folio. Boccon. mus. t. 104.

Blitum angustifolium verticillatum. Boccon. mus. t. 80.

Convenit descriptio a Cl. Linnæo in spec. data, nisi quod caules virides, calyces pedicellati numerosi verticillati, optimeque quadrat cum illa Boccone figura. t. 104.

Tab. 15. AMMANNIA (baccifera) foliis subpetiolatis, capsulis calyce majoribus f. 3 & 4. coloratis. Linn. sp. 175. ubi descr.

Anonymos linariæ folio orientalis, Gallii lutei flore, herba capsularis verticillata. Plukn. alm. 33. t. 136. f. 2.

Cor-



1. *OLDENLANDIA paniculata*.

2. *AMMANNIA baccifera* repens.

3. & 4. *AMMANNIA baccifera*.

5. *COMETES surattensis*.

1. *OLDENLANDIA* *paniculata*.2. *AMMANNIA* *baccifera* *repens*.3. & 4. *AMMANNIA* *baccifera*.5. *COMETES* *surattensis*.

TETRANDRIA MONOGYNIA. 39.

Cornelia verticillata. Arduin. sp. 2. p. 9. t. 1. quæ major.

¶ Fig. 3. eadem. species producta ex solo macriori, omnesque, quæ in Java & Coromandel collectæ fuere, magnitudinem harum iconum non superant.

ISNARDIA (palustris). Linn. sp. 176.

Dantia palustris. Petit. gen. 49. t. 49.

Dantia foliis subovatis pediculatis, floribus in foliorum alis sessilibus. Guett. stamp. 2. p. 115.

Ocymophyllum. Buxb. act. 4 p. 277. t. 27.

Glaux major palustris, flore herbaceo. Boccon. mus. 105. t. 84. f. 2. Moris. præl. 268. Raj. hist. 1102. suppl. 635.

Alsiné palustris rotundifolia repens, foliis portulacæ pinguibus. Lind. alsat. 114. t. 2.

Oldenlandia aquatica, foliis obovatis oppositis, floribus singularibus ad alas. Brown. jam. 146.

Crescit in Java, variisque regionibus.

TRAPA (natans) Linn. sp. 175.

Trapa petiolis foliorum natantium ventricosis. Linn. H. cliff. 483.

Tribulus malabaricus aquaticus, foliis ferratis. Plukn. alm. 374.

Tribulus aquaticus major indicus, caulis geniculatis, foliis amplis numerosis, in rosæ figuram congregatis. Moris. hist. 3. p. 619.

Tribulus aquaticus Baub. pin. 194. Camer. 715.

Panover tsjierana. Rheed. mal. 11. p. 65. t. 33.

In Asia stagnis coenosis habitat.

COMITES (furattensis)

Clinopodium parvum sinicum, hirsutis majoranæ foliis coronatum. Plukn. Tab. 15. f. 5. amalb. 61. t. 380. f. 4. quod floribus sessilibus differt.

Planta furattensis & malabarica, Trifolii Lagopi capitulis. Garzin. herb.

Caul. pedales teretes. *Fol.* opposita ovalia cum acumine. *Pedunc.* bini terminales & axillares subalterni. *Involutum* tetraphyllum foliolis oblongis hispidissimis triflorum *flosculis* sessilibus; cuiusvis flosculi *Petala* quatuor oblonga æqualia obtuse erectiuscula. *Stam.* filamenta quatuor membranacea fetacea longitudine corollæ, *Anterae* subrotundæ parvæ. *Pist.* germen oblongum. *Stylus* capillaris longitudine staminum. *Stigma* trifidum.

ELÆAGNUS (latifolia) foliis ovatis. Linn. sp. 177. Fl. zeyl. 58. Röy. lugdb. 250 no. 2.

Elæagnus foliis rotundis maculatis. Burm. zeyl. 92. t. 39. f. 2.

Olea sylvestris zeylanica, argenteo folio. Plukn. alm. 269.

Zizyphus zeylanica argentea, spinis carens. Herm. prodr. 386.

Zizyphus zeylanica argentea, mali cotonei folio. Raj. deudr. 44.

β Eleag-

40 TETRANDRIA TETRAGYNIA.

β Elæagnus foliis oblongis acuminatis maculatis. *Burm. zeyl.* 92. t. 39. f. 1.
Habitat in Zeylona.

SALVADORA (*persica*). *Linn. sp.* 178. *Garzin. act. angl.* 1749. n. 491.
Rivina paniculata. Linn. syst. 10. p. 899.
Habitat in India, ad sinum Persicum.

T E T R A G Y N I A.


ILEX (*asiatica*) foliis lato-lanceolatis obtusis integerimis. *Linn. sp.* 11.
Habitat in Asia.

COLDENIA (*procumbens*). *Linn. 182. Fl. zeyl.* 69.
Teucrui facie bisnagarica tetracoccus rostrata. *Plukn. alm.* 363. t. 64. f. 6.
Raj. suppl. 281. *Moris. bijt.* 3. p. 423. *Raj. suppl.* 281.
Alchimiillæ vel percevier affinis zeylanica procumbens, chamæcyssi foliis
& facie, flosculis purpureis. *Burm. zeyl.* 10.
Planta zeylanica percevier Lobelio similis, Hansape cinghalensium id est pes
anserinus. *Herm. herb.*
Seroupaddie incolis.
Habitat in Zeylona Java & Coromandeli.

HELIOTROPIUM (*indicum*) foliis cordato-ovatis acutis scabriusculis, spi-
cis solitariis, fructibus bifidis. *Linn. sp.* 187. *Fl. zeyl.* 70. *Roy. lugdb.*
405. n. 2.
Heliotropium americanum cæruleum, foliis hormini. *Plukn. phyt.* 182 t.
245. f. 4. *Dod. mem.* 83. *Boerb. lugdb.* 1. p. 190.
Heliotropium indicum Hormini foliis latioribus. *Burm. zeyl.* 120. angustio-
ribus. *Herm. lugdb.* 307. *Sloan. jam.* 98.
Bena-patsja. *Rheed. mal.* 10. p. 95. t. 48.
Crescit in India utraque.
Varietates hujus sunt floribus albis, ut & foliis angustioribus.
HELIOTROPIUM (*orientale*) foliis linearibus glabris aeniis, floribus
sparsis lateralibus. *Linn. sp.* 183. ubi descript.
Habitat in Java.

Tab. 16. HELIOTROPIUM (*europeum*) foliis ovatis integerimis tomentosis rugo-
sis, spicis conjugatis. *Linn. sp.* 187. *Roy. lugdb.* 404. n. 1.
Heliotropium humifusum, flore minimo, semine magno. *Tourn. itiner.* 1.
p. 85.
Heliotropium majus Dioscoridis. *Bauh. pin.* 253.
Heliotropium malabaricum incanum. *D. Garzin.*
Habitat in Malabara & Europa.
Planta malabarica cuius exactissimam figuram produco, pro varietate potius habenda, nec
distinctas pro nova specie, albo tomento & lanugine obducta.

HE.



1. *HELIOTROPIUM* *malabaricum*.
2. *HELIOTROPIUM* *zeylanicum*.
3. *EVOLVULUS* *tridentatus*.





1. *HELIOTROPIUM malabaricum*.
 2. *— zeylanicum*.
 3. *EVOLVULUS tridentatus*.



15

PENTANDRIA MONOGYNIA. . 41

HELIOTROPIUM (*curassavicum*) foliis lanceolato-linearibus glabris ave. *Tab. 16.*
niis, spicis conjugatis. *Linn. sp. 188. Roy. lugdb. 405. n. 3. f. 2.*

Heliotropium indicum procumbens *glaucophyllum*, floribus albis. *Plukn. alm. 182. t. 36. f. 3.*

Heliotropium curassavicum, foliis lini umbilicati. *Moris. bist. 3. p. 452. f. II. t. 31. f. 12.*

Heliotropium americanum procumbens, facie lini umbilicati. *Herm. par. 183. t. 183-*

Heliotropium maritimum minus, folio glauco, flore albo. *Sloan. bist. I. p. 213. t. 31. f. 12.*

θ Heliotropium zeylanicum angustifolium in Tutukorin. *Garzin. e cuius ^{zeylanic.} herbario hanc varietatem produco. _{cum.}*

Habitat in Indiis.

Rami lignosi striati, sol. sparsa in summo alterna crecta sessilia oblonga scabra. spicae dichotomae longissimæ filiformes. flores solitarii sessiles tubulosi cernui.

HELIOTROPIUM (*fruticosum*) foliis linear-lanceolatis pilosis, spicis
solitariis sessilibus. *Linn. sp. 187.*

Heliotropium fruticosum hirsutum, foliis lanceolatis minoribus, spicis
singularibus terminalibus. *Brown. jam. 151.*

Heliotropium minus lithospermi foliis. *Sloan. bist. jam. I. p. 214. t. 132. f. 4.*

Heliotropium persicum incanum, floribus variegatis. *Garzin. e cuius herbario ^{Tab. 19.} figuram desumsi. f. 1.*

Frutex pilis ex albo splendentibus obductus. Fol. linear-lanceolata plicata sessilia recurvata. spicae terminales plerumque tres reflexæ. flores variegati cernui.

BORAGO (*indica*) foliis ramificationum oppositis amplexicaulibus, caly-
cynis foliolis sagittatis. *Linn. sp. 197. Roy. lugdb. 403. n. 2.*

Boraginoides angustifolia, flore pallescente cæruleo. *Boerb. lugdb. I. t. 188. Burm. zeyl. 48.*

Cynoglossoides folio caulem amplexante. *Isnard. act. par. 1718. p. 325. t. 10.*
Anchusæ degeneris facie, Indiæ orientalis herba, quadricapsularis. *Plukn. alm. 30. t. 76. f. 3.*

Habitat in India Orientali.

BORAGO (*zeylanica*) foliis ramificationum oppositis, florum alternis, *Tab. 14.*
oblongis, pedunculis terminalibus unifloris, calycibus protuberantibus. *f. 2.*

Borago zeylanica maxima, floribus ex cæruleo albicantibus. *Burm. zeyl. 48.*

Borraginoides zeylanicum. *Herb. Garzin.*

Habitat in Zeylona.

F

Caul.

J
42. PENTANDRIA MONOGYNIA.

Caul. herbacei erecti scabri, setis & punctis albis hispido ramificationibus axillaribus. *Fol.* ad ramos opposita, ad flores subalterna, erecta subpetiolata lanceolato-ovata integerrima, superficie superiori verrucis pilisque albis rugosa inferiori nitida, bipanicaria. *Pedunc.* axillares terminales. *Cal.* persistens ad fundum tuberculatus pilosus. *Semina* globosa.

CYCLAMEN (*indicum*) corollæ limbo nutante. *Linn. sp.* 207. *Fl. zeyl.* 401.
Cyclaminis species, urula zeylonensis. *Burm. zeyl.* 84.
 Habitat in Zeylona.

MENIANTHES (*indica*) foliis cordatis subcrenatis, petiolis floriferis, corollis interne pilosis. *Linn. sp.* 207. *Fl. zeyl.* 72.

Nymphæa ceramica. *Rumph. amb.* 6. p. 173. t. 72. f. 3.

Nymphoides indica, flore albo fimbriato. *Tourn. inst.* 154.

Nymphæa malabarica minor, folio rotundiore, flore albo pentapetalo intus villoso. *Moris. hist.* 3. p. 513.

Nymphæa aquatica minor indica, floribus albis pentapetalis, filamentis intus densis obsitis *Raj. hist.* 3. p. 631.

Nymphæa indica subrotundo folio minor, flore albo fimbriato. *Pluken. alm.* 267.

Nedel-ambel. *Rheed. mal.* 11. p. 55. t. 28...

Habitat in Indiæ fossis.

HOTTONIA (*indica*) pedunculis axillaribus unifloris. *Linn. sp.* 208.

Hottonia flore solitario, ex florum alis producto. *Burm. zeyl.* 121. t. 55. f. 1.

Gratiola malabarica, foliis stellatim dentatis. *Petiv. gazoph.* t. 54. f. 11.

Tsiudan-tsiera. *Rheed. mal.* 12. p. 71. t. 36.

Habitat in Zeylona & Malabara.

OPHIORRHIZA (*Mungos*) foliis lanceolato-ovatis. *Linn. sp.* 213. *Fl. zeyl.* 402.

Radix mustelæ. *Rumph. amb. aud.* 7. p. 29. t. 16.

Habitat in India.

AZALEA (*indica*) floribus subsolitariis, calycibus pilosis. *Linn. sp.* 214. foliis ovatis.

Chamærhodendron exoticum, amplissimis floribus liliaceis. *Breyn. prod.* 1. p. 24.

Cistus indicus, sedi alpini foliis, floribus amplis. *Herm. lugdb.* 152. t. 153. *Raj. hist.* 1895.

Frutex Japonicus, folio oblongo rugoso, flore rubro. *D. Kleinhof.*

Tsutsusi. *Kämpf. amæn.* 845. t. 846.

Habitat in India.

AZA-

PENTANDRIA MONOGYNIA. 43

16

AZALEA (*rosmarinifolia*) foliis quaternis lanceolatis, floribus solitariis. *Tab. 3.*
Jasminum Japonicum, sive *Tsutsusi*. Japan, Rosmarini folio. *D. Kleinhof. f. 3.*
 Habitat in Japonia, colitur in Java, ubi perpetuo floret.

Frutex. *Rami* simplices scabri ex foliorum cicatricibus cortice inæquali, crassitie pennæ columbinæ minoris. *Folia* Rosmarini instar, quaterna vel ex eodem centro plura linear-lanceolata, marginibus reflexis reclinata, persilenta, superne villosa linea longitudinali notata, inferne ex griseo tomentosa, caulem terminantia, ad exortum pilis ferrugineo rubris. *Pedunc.* ad apices ramulorum, e centro foliorum circumstantium, terminalis solitarius uniflorus pollicaris, pilis ferrugineis lanatus. *Cal.* e ferrugineo-ruber. *Cor.* flava profunde quinqüesida, laciniis ovalibus semipolicaribus. *Stam.* stiam corolla breviora. *Ant.* didymæ.

PLUMBAGO (*zeylanica*) foliis petiolatis ovatis glabris, caule filiformi.
Linn. sp. 215. Fl. zeyl. 73. Roy. lugdb. 417. n. 2.

Lychnis indica spicata, ocy mastri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente. *Comm. hort. 2. p. 169. t. 85.*

Plumbago zeylanica, folio splendente, flore lacteo. *Burm. zeyl. 195.*

Tumba codiveli. *Rheed. mal. 10. p. 15. t. 8.*

Habitat in India.

PLUMBAGO (*rosea*) foliis petiolatis ovatis glabris, caule geniculis gibbosis. *Linn. sp. 215.*

Plumbago zeylanica, folio splendente ocy mastri, flore rubro. *Burm. zeyl. 195.*

Radix vesicatoria. *Rumph. amb. 5. p. 453. t. 168.*

Schetti codiveli. *Rheed. mal. 10. p. 17. t. 9. Raj. suppl. 550.*

Don patma. Javanis. *D. Pryon.*

Habitat in India.

Fol. in quibusdam speciminibus undulata denticulata, nec *geniculi* caulis in omnibus apparent, qui in aliis pollicares, in aliis longitudine digitii medii a se invicem distant, *cortex* niger.

CONVOLVULUS (*medium*) foliis linearibus hastato-acuminatis, auriculis dentatis, pedunculis subunifloris, calycibus sagittatis, caule volubili. *Linn. sp. 218. ubi descr.*

Convolvulus javanensis. *herb. Garzin.*

Tala-neli. *Rheed. mal. 11. p. 113. t. 55. Burm. zeyl. 73.*

Cankong. Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in India.

Semper uniflori in nostris speciminibus.

CONVOLVULUS (*bederaceus*) foliis cordatis integris trilobisque, corollis indivisis, fructibus erectis. *Linn. sp. 219.*

Convolvulus flore purpureo, calyce punctato. *Dill. elth. 99. t. 83. f. 96.*

F. 2

Cor.

44 PENTANDRIA MONOGYNYA.

Convolvulus annuus, foliis cordatis, ramis trilobis, calyce tuberculato villoso. *Linn. H. cliff.* 67

Convolvulus hederaceus javanicus, flore sanguineo. *D. Kleinhof.*
Habitat in Asia, Africa, America.

CONVOLVULUS (*obscurus*) foliis cordatis indivisis, caule subpubescente, pedunculis incrassatis unifloris, calycibus glabris. *Linn. sp.* 220. ubi descr.

Convolvulus flore minore lacteo, fundo atro rubente. *Dill. elth.* 98. t. 83. f. 95. *Burm. zeyl.* 74.

Ooyet kitsjil. Javanis.

Crescit in variis Indiæ locis, variatque magnitudine florum.

CONVOLVULUS (*Batatas*) foliis cordatis hastatis quinque nerviis, caule repente hispido tuberifero. *Linn. sp.* 220. *Roy. lugdb.* 427. n. 4.

Vinca foliis oblongo-ovatis integerrimis, tubo floris longissimo, caule ramoso fruticoso. Mill. dict. t. 186.

Frutex japonicus, flore pallide purpurecente. D. Kleinb.

Folla mallega Javanis.

Habitat in Java & Japonia.

GARDENIA (florida). Linn. sp. 303. ubi notam vide. Ellis. atl. angl. vol. 51. p. 392. t. 23.

Jasminum foliis lanceolatis oppositis integerrimis, calycibus acutioribus. Mill. ic. t. 180.

Cotsjopiri. Rumph amb. 7. p. 26. t. 14. f. 2.

Habitat in India & cap. Bonæ Spei.

NERIUM (oleander) foliis linear-lanceolatis ternis. Linn. sp. 308. Fl. zeyl. 108. Roy. lugdb. 412

Nerium floribus rubescens. Baub. pin. 464.

Nerium angustifolium indicum, flore rubro odorato simplici. Herm. mus. zeyl. 34. lugdb. 447. t. 448.

Nerium angustifolium, flore rubente odorato roseo. Burm. zeyl. 166. & zeylanicum 167.

Belutta aureli. Rheed. mal. 9. p. 3. t. 2. & 1.

Sidawaya Javanis.

Habitat in tota India.

Frequens in hortis: luxuriat floribus plenis, foliis latioribus.

Arbor Japonensis Thymelææ facie, sidawayana incolis dicta. D. Kleinb. quæ differt foliis linearibus confertis lucidis.

NERIUM (divaricatum) foliis lanceolato-ovatis, ramis divaricatis. Linn. sp. 306. Fl. zeyl. 109.

Apocynum zeylanicum indicum frutescens, Nerii flore candidissimo. Herm. par. 40. zeyl. 47.

Apocynum indicum sylvestre inodorum siliquosum, seminibus papposis, floribus albis amplis. Burm. zeyl. p. 25.

Habitat in Zeylona.

68 PENTANDRIA MONOGYNIA.

NERIUM (*antidysentericum*) foliis ovatis acuminatis petiolatis. *Linn. sp.*
306. *Fl. zeyl.* 107.

Nerium indicum, siliquis angustis erectis longis geminis. *Burm. zeyl.* 167. t. 77.
Apocynum erectum malabaricum frutescens, *Jasmini flore candido*. *Herm.*
par. 44.

Apocynum arboreum laurifolium, siliquis *Nerii maderaspatensis*. *Pluken.*
alm. 35.

Codaga-pala. *Rheed. mal.* 1. p. 85. t. 47.

Habitat in India;

NERIUM (*zeylanicum*) foliis lanceolatis oppositis, ramis rectis. *Linn.*
sp. 306.

Apocynum arborescens, *Nerii flore*, minus. *Burm. zeyl.* 23. t. 12. f. 2.
Nerium lactescens, *Myrti lauræ folio rugoso*, *zeylanicum*. *Breyn. prodr.*
2. p. 86.

Habitat in Zeylona.

PLUMIERIA (*obtusa*) foliis lanceolatis petiolatis obtusis. *Linn. sp.* 307.

Plumieria flore niveo, foliis brevioribus obtusis. *Catesb. car.* 2. p. 93.
t. 93. *Plum. ic.* 232.

Flos convolutus. *Rumph. amb.* 4. p. 85. t. 38.

Habitat in Amboina & America..

Tab. 26. ECHITES (*caudata*) pedunculis dichotomis, floribus filamentosis, foliis
ovato-oblongis acuminatis, caule volubili.

Frutex volubilis, flagellis sese figens aliis rebus, comonga seu mangoe-
nong incolis dicta. *D. Kleinb.*

Habitat in Javæ locis altioribus.

Caul. volubilis striatus. *Fol.* subpetiolata ovato-oblonga integerrima acuminata glaberrima:
Pedunc. in nostro specimine axillares dichotomi. *Cal.* parvus segmentis quinque acumi-
natis, costa producitore. *Cor.* tubus brevis, limbus ventricosus, apice filamentis quinque
que corolla longioribus. *Stam.* quinque. *Style* unicus.

ECHITES (*trifida*) pedunculis trifidis multifloris, foliis ovato-oblongis
acuminatis. *Linn. sp.* 308. *Jacq. amer.* 13. t. 24.

Katje piring. Javanis.


Habitat in Indiis.

Tab. 27. ECHITES (*adglutinata*) pedunculis racemosis, foliis ovatis emarginatis
f. 1. cum acumine. *Jacq. amer.* 31. t. 23.

Habitat in Indiis.

Varietatem hujus delineari curavi pedunculis oppositis axillaribus, foliis ovalibus inte-
gerrimis.

ECHI-



ECHITES *candicans*.

—
—



ECHITES canadensis.



1. *ECHITES adglutinata*.
2. *ASCLEPLAS cordata*.



2. *ECHITES adglutinata*.
2. *ASCLEPIAS cordata*.



P. 69.

T. 26.



1. *ECHITES nummularia*.
2. *QUISQUALIS glabra*.



PENTANDRIA MONOGYNIA. 69

ECHITES (*spinoſa*) caule erecto spinoso, foliis ovatis obtusis, pedunculis umbellatis.

Lycium malabaricum, subrotundis Pyrolæ densioribus foliis, floribus Jasmini, aculeis rectis validissimis ex adverso binis armatum. *Plukn. phyt.* 235. t. 205. f. 4.

Carandas. *Rumph. amb.* 7. p. 57. t. 25.

Frutex spinosus viginti pedes altus & ramosus, fructus gerens instar cerasi, qui adhibetur in hortis ad sepes. *D. Kleinhof.*

Habitat in India.

Deficiunt sœpe spine in ramis tenerioribus, ut ex speciminibus missis appareat, quæ in aliis ad ramulorum divaricationes oppositæ sunt.

ECHITES (*nummularia*) foliis cordatis acuminatis, pedunculis bifloris. *Tab. 23.*

Apocynum indicum minus nummulariæ foliis. *Breyn. ephem. germ. an. 4.* f. 1.

Et 5. p. 136. obf. 138. t. 138. *Moris. bist.* 3. p. 611. f. 15. t. 3. f. 62.

Apocynum nummulariæ foliis. *Garzin. herb.*

Et Apocynum scandens americanum nummulariæ foliis. *Plukn. phyt.* 37. t. 137. f. 4.

Habitat in India.

Caul. erectiusculus lignosus. *Pedunc.* axillares in medio bifidi, biflori, quibus differre videtur a citatis figuris.

TABERNÆMONTANA (*citrifolia*) foliis oppositis ovatis, floribus lateribus glomerato-umbellatis. *Linn. sp.* 308.

Tabernæmontana citri foliis undulatis. *Plum. ic.* 246. f. 248.

Codaga-pala. *Rheed. mal.* 1. p. 85. t. 47.

Apocynum malabaricum arborescens, foliis quinque in orbem congestis.

Raj. bist. 3. p. 534.

Habitat in utraque India.

TABERNÆMONTANA (*alternifolia*) foliis alternis, caule arborecente.

Linn. sp. 308.

Nerium laetescens malabāricum maximum pentaphyllum polyanthemum, flore minimo racemoso odorato viridi-albicante, siliquis propendentibus longissimis. *Breyn. prodr.* 2. p. 86.

Lignum scholare. *Rumph. amb.* 2. p. 246. t. 82.

Curutu-pala. *Rheed. mal.* 1. p. 83. t. 46.

Habitat in Malabaria & Amboina.

CEROPEGIA (*candelabrum*) umbellis pendulis, floribus erectis. *Linn. sp.* 309.

Apocynum indicum scandens, floribus multis, in communis pediculi summitate coronæ forma dispositis, reflexis, siliquis longis angustis. *Raj. bist.* 3. p. 545.

Niota-nioden-valli. *Rheed. mal.* 9. p. 27. t. 16.

Habitat in Malabara.

- CEROPEGIA (*biflora*) pedunculis bifloris. *Linn. sp.* 309. *Fl. zeyl.* 110.
ubi descr.
Habitat in Zeylona.

D I G Y N I A.

- PERIPLOCA (*indica*) spicis imbricatis. *Linn. sp.* 309. foliis ovatis acutis
glabris. *Linn. Fl. zeyl.* 113.
Apocynum caule volubili perenni. *Roy. lugdb.* 412. n. 5.
Periploca foliis angustis acutis glabris. *Burm. zeyl.* 187. t. 83. f. 1.
Apocyni genus scandens ex India orientali. *Pluken. mant.* 17. t. 359. f. 2.
Habitat in Zeylona.

- PERIPLOCA (*tenuifolia*) foliis linear-lanceolatis. *Linn. sp.* 310.
Periploca malabarica, folio angustissimo. *Petiv. herbar.*
Cynanchum radice glandulosa, foliis angustis sinuatis, floribus urceolatis
miniatis. *Burm. afr.* 36. t. 15. ♂ 16. f. 1.
Apocynum frutescens strictissimis rigidis & prælongis foliis, bullatis flori-
bus. *Pluken. mant.* 17. t. 335. f. 5.
Naru-nindi. *Rheed. mal.* 10. p. 67. t. 34. cuius folia longiora & acutiora.
Habitat in Indiis & ad C. B. Spei.

Inter plures indicas hanc cum Parente communicavit D. Ruyfcb ex Herbar. Petiv.

- PERIPLOCA (*dubia*) caule volubili, foliis ovatis acuminatis venosis glabris.
Pæpe-sajor. Javanis. *D. Kleinhof.*
Katu-pal-valli. *Rheed. mal.* 9. p. 15. t. 11.
Habitat in Java & Malabara.

- CYNANCHUM (*indicum*) caule volubili herbaceo, foliis ovatis acumi-
natis, pedunculis axillaribus umbellatis.
Asclepias javanica & zeylanica. *Garzin. herb.*
Narin-talie. Javanis. *D. Outgaerden e Coromandel.*

- CYNANCHUM (*erectum*) caule erecto divaricato, foliis cordatis glabris.
Linn. sp. 311.
Apocynum scandens, scammoneæ monspeliacæ foliis, curassavicum. *Pluken.*
phyt. 37. t. 137. f. 2.
Apocynum latifolium. *Clus. hist.* 1. p. 124. f. 124.
Convolvulus lactescens sine tenaculis. Outamanie incolis. *D. Outgaerden.*
Habitat quoque in Indiis.

APO.

PENTANDRIA DIGYNIA.

71

APOCYNUM (*frutescens*) caule erecto frutescente, foliis lanceolatis ova-
libus, corollis acutis, fauce villosis. *Linn. sp. 312. Roy. lugdb. 412. n. 3.*
Apocynum floribus fasciculatis. Burm. zeyl. 23. t. 12. f. 1.
Apocynum zeylanicum fruticosum mite. Herm. mus. zeyl. 71.
Habitat in Zeylona.

APOCYNUM (*reticulatum*) caule volubili perenni, foliis ovatis venosis.
Linn. sp. 312. Roy. lugdb. 412. n. 4.
Asclepias javanica latifolia. Garzin. herb.
Habitat in India.

APOCYNUM (*vincifolium*) caule erectiusculo perenni, foliis ovatis oblongis, pedunculis bifloris lateralibus.
Asclepias javanica angustifolia. Garzin. herb.
Apocynum erectum virginianum ramosum, caule subrubente, esculæ raræ foliis, siliquis tenuissimis. Plukn. alm. 35. t. 260. f. 14. siliquis binis Neri. f. 3.

Caul. volubiles lignosi rubri. Fol. ovato-oblonga pollicaria glabra subtus ferruginea obtusa cum acumine. Pedunc. ex ramis solitarii biflori. Pericarp. lineare oblongum univalve unibiculare.

APOCYNUM (*fætidum*) caule volubili perenni, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis axillaribus racemosis.
Convolvulus fætidus. Rumph. amb. 5. p. 436. t. 160.
Planta flagellosa, foliis fætidis, Coentat Daun, ob singularem foliorum fætorem incolis dicta. D. Kleinbof.
Habitat in India.

Differunt specimina javanica a figura Rumphii foliis latioribus ovatis, pedunculis duplo longioribus racemosis multifloris.

ASCLEPIAS (*gigantea*) foliis amplexicaulibus oblongo ovalibus. *Linn. sp. 312. Fl. zeyl. 312.*
Apocynum erectum majus latifolium indicum. Plukn. alm. 35. t. 175. f. 3.
Apocynum indicum maximum, floribus amplis janthinis obsoletis. Burm. zeyl. 24.
Apocynum erectum majus latifolium indicum, flore concavo ampio carneo. Breyn. prodr. 2. p. 43.
Beidel oslar. Alp. ægypt. 85. t. 86.
Ericu. Rheed. mal. 2. p. 53. t. 31. seb. thes. 1. p. 41. t. 26. f. 1.
Pingar-utan. Javanis.
Habitat in India & Ægypto.

AS

ASCLEPIAS (*lacifera*) foliis ovatis, caule erecto, umbellis proliferis brevissimis. *Linn. sp. 314.*

Asclepias caule erecto simplici herbaceo, foliis ovatis acuminatis, corymbis compositis, longitudine petiolorum. *Linn. Fl. zeyl. 111.*

Apocynum indicum asclepiadis facie esculentum. *Burm. zeyl. 24.*

Capusilan kitsjil Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in Zeylona & Java.

Tab. 27. ASCLEPIAS (cordata) foliis cordatis acuminatis, floribus terminalibus.

f. 2. **Malatti Tonquin** Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in Java.

Caul. lignosi erecti. Fol. opposita petiolata cordata acuminata. Pedunc. terminales multiflori. Cor. purpurea.

CHENOPODIUM (*urbicum*) foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis. *Linn. sp. 318.*

Chenopodium latifolium minus ramosum, petiolis longissimis, ex foliorum alis confertim nascentibus. *Buxb. hall. 69. t. 1.*

Transmissum ex Java.

CHENOPODIUM (*scoparia*) foliis linear-lanceolatis planis integerrimis.

Linn. sp. 321. Roy. lugdb. 220. no. 11.

Linaria *Scoparia*. *Baub. pin. 212.*

Habitat in Græcia, Japonia, China.

HERNIARIA (*lenticulata*) quæ *Polygonum lenticulatum*. *Linn. sp. 317.*

caule subfruticoso, foliis alternis sessilibus ovato-lanceolatis pilosis.

Polygonum minus tenuifolium. *Baub. pin. 281.*

Camphorata frutescens, foliis latis & angustis. *Buxb. cent. 1. p. 18. t. 28. f. 2.*

Polygonum maritimum longius radicatum nostras, serpylli folio crassissimente. *Plukn. alm. 302. t. 53. f. 3. Petiv. herb. 10. f. 6.* melius cum siccо specimen conveniret f. 3. *Raj. angl. 3. p. 161.*

Absinthium sylvestre, foliis minutissimis, Oupialie. *D. Outgaerden.*

Crescit quoque Coromandeli.

GOMPHRÆNA (*globosa*) caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis solitariis, pedunculis diphyllis. *Linn. sp. 326. Fl. zeyl. 115. Roy. lugdb. 418. n. 1.*

Amarantho affinis Indiæ orientalis, floribus conglomeratis, ocy mastri folio. *Breyn. cent. 109. t. 51. Commel. H. Amst. 1. p. 85. t. 45.*

Amaranthoides lychnidis folio, capitulis purpureis. *Burm. zeyl. 15. Tourn. inf. 654. Boerb. lugdb. 2. p. 99.*

Flos globosus. *Rumph. amb. 5. t. 100. f. 2. p. 289.*

Wadapu. *Rheed. mal. 10. p. 73. t. 37.* Kampang canting. Javanis.

Habitat in India.

Differt floribus albis, rubris, purpurascensibus.

GOM-

PENTANDRIA DIGYNIA. 73

GOMPHRÆNA (*bispida*) caule erecto, capitulis diphyllis, foliis crenatis. *Linn. sp.* 326.

Anomala indica nepethæ foliis, stæchados arabicæ capitulis, ex sinu foliorum prodeuntibus. *Plukn. amalb.* 15.

Minangani. *Rheed. mal.* 9. p. 141. t. 72.

Habitat in Malabaria.

NAMA (*zeylanica*) caule erecto glabro, foliis linearibus, floribus racemosis. *Linn. sp.* 327; *Fl. zeyl.* 117. t. 2.

Alsine veronicae affinis, gratiolæ foliis, maderaspatana. *Plukn. alm.* 22. t. 130. f. 2.

Anagallis zeylanica aquatica, foliis longis alternis. *Burm. zeyl.* 19.

Planta femine nodoso. *D. Kleinb.*

Habitat in India.

STERIS (*aquatica*).

Tab. 33.
f. 3.

Atalerrie incolis.

Habitat Coromandeli in locis aquosis.

Planta herbacea, facie capsici, ramosissima lœvis, ramis albicantibus teretibus. *Fol.* alterna petiolata ovali-oblonga lœvia integerima acutiuscula; *pedunc.* nunc oppositifolii nunc axillares, nunc terminales subdivisi aut uniflori. *Cal.* perianth. monophyllum quinque-dentatum: laciniis oblongis acutis persistentibus. *Cor.* monopetalata rotata quinquepartita patens, calyce paullo longior, cœrulea. magnitudine capsici. *Stam.* filam. quinque subulata, longitudine calycis, erecta. *Antib.* sagittatae. *Pist.* germe subrotundum. *Styli* duo filiformes, longitudine calycis. *Stigmata* obtusa.

GENTIANA (*verticillata*) corollis quinquefidis infundibuliformibus, floribus verticillatis, caule simplicissimo.

Centaurium minus, ad alas floridum. *Plum. spec.* 3. ic. 81. f. 2.

Vallaguri. *D. Outgaerden.*

Planta Coromandeli lesta differt a *Plum.* figura magnitudine. *Caul.* simplicissimus procumbens lignosus palmaris. *Fol.* lanceolata vaginantia. *Flor.* verticillati sessiles in singula axilla quinquefidi, ad cuius basin squama nectarii. *Pist.* germ. unicum. *Capula* semibilocularis.

GENTIANA (*apylla*) corollis quinquefidis hypocrateriformibus, caule aphylo. *Linn. sp.* 334. *Jacq. amer. bist.* 57. t. 60. f. 2.

Boenga Tsjakar bebet. Javanis. *D. Kleinb.*

Habitat in India utraque.

PHYLLIS (*indica*) stipulis integerrimis. *Roy. lugdb.* 92. n. 2. *Linn. sp.* 336.

Habitat in India.

K

HY-

- HYDROCOTYLE (*asiatica*) foliis reniformibus æqualiter crenatis. *Linn.*
sp. 338 Fl. zeyl. 118 Roy. lugdb. 94. n. 2.
Valerianella zeylanica palustris repens Hederæ terrestris folio. *Herm. par.*
238. t. 238.
Hydrocotyle zeylanica, afari folio. *Tourn. iſt. 328. Burm. zeyl. 122.*
Afarina zeylanica minor. *Herm. prodr. 315*
Ranunculo affinis umbelliferis accedens, folio chelidoni minoris, zeyla-
nica minor. *Pluken. alm. 317. t. 106. f. 5.*
Cotyledon aquaticum acris indica, pediculo ad marginem folii situ. *Raj. bift. 3. p. 635.*
Pes equinus. *Rumph. amb. 5. p. 455. t. 169. f. 1.*
Codagam. *Rheed. mal 10. p. 91. t. 46.*
Habitat in India.
Varietatem recepimus sub nomine Theckini javanis, magnitudine triplo minori ab hacce
differentem.

HYDROCOTYLE (*chinensis*) foliis linearibus, umbellis multifloris. *Linn.*
sp. 339.

Habitat in China.

FERULA (*Affa fastida*) foliis alternatim sinuatis obtusis. *Linn. sp. 356.*
Affa fastida disgunensis umbellifera, ligustico affinis. *Kämpf. amoen. 535. t. 536.*
Habitat in Japonia & China.

Tab. 25. SIUM (*Ninji*) foliis serratis pinnatis ramosis ternatis. *Linn. sp. 361.*
Sifarum montanum corænse, radice non tuberosa. *Kämpf. amoen. 817. t. 818.*
Habitat in Japonia & China.

Inter umbelliferas, quæ paucissimæ in Indiis occurunt, hujus Ninzi pulcherrima inveni-
tur icon, quæ, in Japonia depicta fere eadem ac Kämpferi figura, ab amplissimo viro
Botanices cultore peritissimo Nicolao Witsenio cum aliis Japonensibus antea parenti
fuit donata, cumque nullibi præstantissimæ & ob eximiam virtutem adeo decantatae hu-
jus radicis tam accurata proster figura, hisce tabulam subjungere censui, quam pro alio
inedito opere destinaverat Parens.

TRIGYNA.

RHUS (*javanicum*) foliis pinnatis ovatis acuminatis serratis subtus tomen-
tosis. *Linn. sp. 380.*
Habitat in Java & China.

RHUS (*vernix*) foliis pinnatis integerrimis, petiolo integro æquali. *Linn.*
sp. 380. Roy. lugdb. 244. n. 2.

Toxicodendron foliis alatis, fructu rhomboide. *Dill. eth. 390. t. 292. f. 277.*
Arbor americana, alatis foliis, succo laetivo venenata. *Pluken. alm. 45.*
t. 145. f. 1.

Site seu sitz dsiu *Kämpf. amoen. 791. t. 792.*

Vernix Japan. *D. Kleinb.*

Habitat in Japonia.


RHUS.

45

29

29





1. *SIUM sisyrinchium*.
2. *CLAUSENA cavanda*.

C. M. Linn. Sculpsit.



2. 74

39

PENTANDRIA TRIGYNIA. 75

RHUS (cominia) foliis ternatis, foliolis petiolatis ovatis remotissime serratis subitus tomentosis. *Linn. sp.* 381.

Baccifera indica trifolia, fructu rotundo monopyreno. *Sloan hist. jam.* 2. p. 100. t. 208. f. 1.

Ceraso adfinis baccifera indica trifolia, fructu rotundo monopyreno, pediculo longo. *Pluken. aln.* 94. *Ray. hist.* 1593.

Malago maram. Rheed. mal. 5. p. 49. t. 25.

Habitat in utraque India.

RHUS (Cobbe) foliis ternatis, foliolis ovatis acuminatis ferratis, pedunculis tomentosis. *Linn. sp.* 382.

Rhois trifoliatae frutex salwaccensis, floribus juliformibus. *Petiv. mus.* 678.

Frutex trifolius spicatus, producens baccas nigras. *Burm. zeyl.* 101.

Kobbe. Linn. Fl. zeyl 441. *Herm. mus. zeyl.* 24.

Bajam Lohor Javanis. D. Piron.

Habitat in Zeylona.

SAMBUCUS (canadensis) cymis quinquepartitis, foliis sub-bipinnatis, caule frutescente. *Linn. sp.* 385.

Belutta tjori-valli. Rheed. mal. 7. p. 19. t. 10.

Cajoe Tola Javanis D. Kleinhof.

Habitat in Java & Canada.

Binas ex India receperimus stirpes, quæ externa forma cum hoc genere convenire videbantur, attamen ex fructificatione imperfecta rite determinari nequeunt, convenienter que cum *Rheed. mal.* 5. p. 5. t. 3. quæ sub nomine *Rosaja* sive *Sambucus indica* transmittitur, quæ sub nomine *Canary* sive *Sambucus indica* assertur, depicta videtur a *Rumph. amb.* 2. p. 150. t. 47.

STAPHYLEA? (indica) foliis bipinnatis, infimis ternatis, summis qui. *Tab. 24.* f. 2. nis, foliolis oblongis dentatis, cymis tripartitis.

Frutex baccifer aquosus malabaricus, floribus umbellatis pentapetalis, fructu nigricante polyspermo, malaice Cayu ayer lacki lacki, javanice Gigirang. *D. Piron.*

Habitat in Indiis.

Caul. fruticosus glaber articulatus, ramis diffusis. Fol. bipinnata, foliolis oblongis acuminatis dentatis. Fructificatio lateralis, ubi caulis in folium erumpit. Cyma tripartita. Cal. per. pentaphyllum, foliolis ovatis inæqualibus. Cor. petala quinque oblonga, calye longiora. Stam. filam. quinque capillaria, longitudine calycis, ad cuius basin glandulæ duæ nectariferæ oblongæ protuberantes. Antæræ hastatae. Pist. germen subrotundum. Styli tres inferne coaliti. Stigm. tria furcata. Peric. capsula sexocularis, sulcis 6 longitudinaliter exarata superne globosa inferne planiuscula, singulo loculo semen continens.

CORRIGIOLA (litoralis?) caule fasciculis florum terminato. *Linn. sp.* 388.

Roy. lugdb. 420.

Thymifolia montana. D. Kleinhof, a quo ex Java transmissa.

5

76 PENTANDRIA TRIGYNYIA.

PHARNACEUM (*Cerviana*) pedunculis subumbellatis lateralibus æquantibus folia linearia. *Linn. sp.* 388.

Cerviana. Minuart. monogr. I.

Alsine saxifraga Indiæ orientalis, foliis circa caulem radiatis, flore herbido & muscoso. *Pluñ. mant.* 9 t. 332. f. 11.

Spergula purpurea minima. Buxb. cent. 3. p. 33. t. 62. f. 2.

Patpaddagam. D. Outgaarden e Coromandel.

Habitat in India.

BASELLA (*rubra*) foliis planis, pedunculis simplicibus. *Linn. sp.* 390.

Basella. Rheed. mal. 7. p. 45. t. 24. *Linn. Fl. zeyl.* 119. *Burm. zeyl.* 44. ubi vide synonyma.

Gandola rubra. Rumph. amb. 5. p. 417.

Habitat in India.

BASELLA (*alba*) foliis ovatis undatis, pedunculis simplicibus, folio longioribus. *Linn. sp.* 390.

Gandola alba. Rumph. amb. 5. p. 417. t. 154. f. 2.

Mirabilis peruvianæ affinis tinctoria Betæ folio scandens. Pluñ. alm. 252. t. 63. f. 1.

Habitat in Amboina, China.

BASELLA (*lucida*) foliis subcordatis, pedunculis confertis ramosis. *Linn. sp.* 390.

Habitat in India.

Omnes in hortis vulgares, ultimaque in primis diversa floribus pluribus circa caulem colles, distinctissima a prioribus colore lucido rubro.

Tab. 39. BASELLA (japonica). foliis rhomboe ovatis, pedunculis simplicibus sub dichotomis.

Gundola japonica parvifolia. D. Kleinhof.

Habitat in Japonia.

Planta reliquis triplo minor. Fol. ut in Chenopodia vulvaria. Pedunc. semipollicares uniflori, raro dichotomi.

T E T R A G Y N I A.

EVOLVULUS (*gangeticus*) foliis cordatis obtusis mucronatis petiolatis villosis, caule diffuso, pedunculis unifloris. *Linn. sp.* 391.

Habitat in India.


EVOL.



1. *EVOLVULUS* *emarginatus*.
2. *POLYGONUM* *hederaceum*.
3. *POLYGONUM* *chinense*.



1. *EVOLVULUS* *emarginatus*.
hederaceus.
 2. *POLYGONUM* *chinense*.



PENTANDRIA TETRAGYNYIA. 77

EVOLVULUS (*emarginatus*) foliis cordatis emarginatis repandis, floribus *Tab. 30.*
f. 1.
solitariis.

Paschaga-utan kitsjil Javanis. *D. Kleinhof.*
Habitat in India.

Caul. repentes radicantes glaberrimi. *Fol.* alterna emarginata. *Fl.* axillares uniflori. *Caps.*
glaberrimæ.

EVOLVULUS (*bederaceus*) foliis cordatis repandis, pedunculis subtrifloris. *Tab. 30.*
f. 2.
Convolvulus flore parvo luteo. *D. Pryon.* malaice Rabassa.

Habitat in Java

Caul. volubiles. *Folia* inferiora cordata acuminata superiora obtusa. *Ped* inferiores uni-
flori superiores triflori. *Peric. capsul.* subglobosæ glaberrimæ.

EVOLVULUS (*alsinoides*) foliis obcordatis obtusis petiolatis pilosis, caule
diffuso, pedunculis trifloris. *Linn. sp. 392.* *Fl. zeyl.* 76.

Convolvulus indicus minor Alsines folio, flore rubicundo purpureo. *Raj.*
hifl. app. 37.

Convolvuli minimi species Bisnagarica hirsuta, Alsines folio. *Plukn. alm.*
116. t. 9. f. 1.

Alsine hirta minor, foliis alternis, floribus solitariis. *Burm. zeyl.* 11. t. 6.
f. 1. & t. 9. f. 1.

Alsine zeylanica repens, auriculæ muris folio, floribus cæruleis, siliquis
parvis turgidis. *Herm. mis. zeyl.* 11.

Myosotis foliis subrotundis, herba Indiæ orientalis. *Plukn. alm.* 258.
t. 205 f. 7.

Vistnu-clandi. *Rheed. mal.* 11. p. 131. t. 64.

Woest Naganthi. *D. Outgaarden e Coromandel,* quæ optime convenit cum.
Plukn. figura.

Crescit in variis Indiæ locis.

EVOLVULUS (*tridentatus*) foliis linear-i-cuneiformibus tricuspidatis, basi *Tab. 16.*
dilatata dentatis, pedunculis unifloris. *Linn. sp. 392.* *f. 3.*

Convolvulus minimus procumbens, acetosellæ foliis, barbulis ad imum
quaternis; summo apice tricuspidatis. *Plukn. mant.* 117. t. 167. f. 5.

Convolvulus indicus minor, folio angusto oblongo summitate velut abscissa,
flore ex albo flavescente, *Raj. hifl.* 3. p. 374.

Convolvulus zeylanicus tenuifolius gracilis. *Burm. zeyl.* 72.

Sendera-Clandi. *Kheel. mal.* 1. p. 133. t. 65.

β Convolvulus indicus barbatus minor, foliorum apicibus lunulatis. *Plukn.*
alm. 117. t. 276. f. 5.

Habitat in India.

78 PENTANDRIA PENTAGYNYIA.

ARALIA (*chinensis*) caule petiolisque aculeatis, foliolis inermibus villosis.

Linn. sp. 393. ubi descr.

Frutex aquosus mas. *Rumph. amb. 4. p. 102. t. 44.*

Frutex baccifer malabaricus, floribus umbellatis, fructu nigricante polyspermo. *Raj. hist. 1636.*

Caju Ajer, Lacki Lacki malaice; Gigirang javanis. D. *Pryon.*

β Gangiran murra. D. *Pryon.*

Frutex aquosus fæmina. *Rumph. amb. 4. p. 103. t. 45.*

Habitat in Java & China.

Differunt foliis latioribus, fructu majore absque aculeis, uti alia binæ, quæ *Gangiran puti* & *murra* vocantur foliorum incisuris tantum variae videntur.

ALDROVANDA (*vesiculosa*) *Linn. sp. 402. Mont. act. Bonon. 2. p. 3. p. 404. t. 12.*

Lenticula palustris indica, foliis subrotundis binis capillamentis ad imis barbatis. *Pluken. alm. 211. t. 41. f. 6.*

Habitat in Indiæ & Italiæ paludibus.

DROSERA (*rotundifolia*) scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Linn. sp. 402.*

Fl. zeyl. 120. Roy. l:gdb. 417.

Ros solis foliis circa radicem in orbem dispolitis. *Burm. zeyl. 207. t. 94. f. 2.*

Ros solis zeylanica, foliis rotundis in orbem expansis villosis. *Herm. myf. zeyl. 18.*

Ros solis folio rotundo. *Baub. pin. 357.*

Habitat in Asiæ, Americæ & Europæ locis humidis.

DROSERA (*indica*) caule ramoso folioso, foliis linearibus. *Linn. sp. 403.*

Fl. zeyl. 121.

Ros solis ramosus, caule folioso. *Burm. zeyl. 207. t. 94. f. 1.*

Ros folis zeylanicus ramosus, foliolis roridis pennatis. *Herm. myf. zeyl. 63.*

Acara-puda. *Rheed. mal. 10. p. 239. t. 20.*

Habitat in India.

CRASSULA? (*scutellaria*) foliis alternis reniformibus concavis obsolete ferratis, ferraturis spinosis.

Scutellaria prima. *Rumph. amb. 4. p. 75. t. 30.*

Scutellaria foliis cochleariformibus & ad ambitum spinulis armatum, absque flore & fructu. mal. Daun papeda. Daun manca. D. *Pryon.*

Transmissa ex Java.

6
70

HEXANDRIA MONOGYNIA. 79

BROMELIA (*Ananas*) foliis ciliato-spinosis mucronatis, spica comosa.

Linn. sp. 408 Roy. lugdb. 24. n. 1.

Ananas acosta. Commel. H Anst. 1. p. 109. t. 57.

Ananassa. Rumph amb. 5. p. 227. t. 81. Boym. fl. sinens. G. F. G.

Ananas aculeatus, fructu orato, carne albida. Trew. cent. t. 2.

Carduus brasiliensis, foliis aloes. Baub. pin. 384.

Kapa siakka. Rheed. mal. 11. p. 1. t. 1. 2.

Crescit in utrisque Indiis.

BROMELIA (*sylvestris*) foliis margine dorsoque aculeatis, caule fulcrato spinoso. Linn. Fl. zeyl. 131.

Ananas sylvestris arborescens. Burm. zeyl. 20.

Ananas sylvestris folio aloes, fructu cupressino. J. Baub. hist. 3. p. 96.

Palmæ adfinis arbor conifera, longissimo folio, tribus ordinibus spinarum munita. Plukn. alm. 277.

Frutex indicus, fructu aggregato conoide, kaida dictus. Raj. hist. 1442.

Pandanus verus, Rumph. amb. 4. p. 139. t. 74.

Kauda-taddi Rheed. mal. 2. p. 1. t. 1.

Habitat in India.

BURMANNIA (*disticha*) spica gemina. Linn. sp. 411. Fl. zeyl. 128. Roy. lugdb. 25. Burm. zeyl. 50. t. 20. f. 1.

Ephemerum zeylanicum, foliis gramineis, flore cœruleo. Hartogb. herb.

Hyacinthus zeylanicus paludosus, flosculis trigonis cœruleis, tribus foliolis lutescentibus stellatim in summo coronatis. Herm. mus. zeyl. 7.

Planta zeylanica aquatica, lato & brevi gramineo folio. Raj. suppl. 559.

Habitat in zeylona.

TRADESCANTIA. (*malabarica*) erecta laevis, pedunculis solitariis longissimis. Linn. sp. 412.

Ephemerum tripetalon non repens malabaricum, porraceis foliis, purpureo-cœruleum. Moris hist. 3. p. 606.

Ephemeris seu phalangii virginiani species, floribus sparsis. Raj. hist. 3. p. 564.

Tali pullu. Rheed. mal. 9. p. 123. t. 63.

Habitat in Malabaria.

PONTEDERIA (*ovata*) foliis ovatis, floribus capitatis. Linn. sp. 412.

Plantaginis aquatice foliis, floribus glomeratis. Plukn. alm. 299.

Cannæ indicæ foliis, floribus uncorum modo. e sinuosis pediculorum foliorum erupentibus Raj. hist. 3. p. 573.

Narukil. Rheed. mal. 11. p. 67. t. 34.

Habitat in malabariæ aquosis.

PON-

6

80 HEXANDRIA MONOGYNIA.

PONTEDERIA (*vaginalis*) foliis ovatis, floribus spicatis.
 Plantaginis aquaticæ foliis indiana, spica ex utriculo caulis erumpente.
Plukn. alm. 299. *t. 215. f. 4.*
Carim-gola. Rheed. mal. 11. *p. 91. t. 44.*

PONTEDERIA (*cordata*) foliis cordatis, floribus spicatis. *Liun. spec. 412.*
H. cliff. 133. Roy. lugdb. 37. Gron. virg. 37.
 Gladiolus lacustris virginianus cæruleus sagittariæ folio. *Pet. gaz. 2. t. 1. f. 12.*
 Sagittariæ similis planta palustris virginiana, spica florum cærulea. *Moris. bist. 3. p. 618. f. 15. t. 4. f. 8.*
 Plantagini aquaticæ accedens foliorum auriculis amplioribus retusis, floribus cæruleis Hyacinthi spicatis. *Plukn. mant. 152. t. 349. f. 11.*
 Habitat in Indiæ paludibus.

PONTEDERIA (*hastata*) foliis hastatis, floribus umbellatis. *Linn. sp. 412.*
Fl. zeyl. 129:
 Sagittaria zeylanica, foliis ex medio caulis prodeuntibus. *Burm. zeyl. 208.*
 Sagittariæ quodammodo similis planta madaraspatana, floribus medio caule quasi ex utriculo prodeuntibus. *Plukn. alm. 326. t. 220. f. 3. Moris. bist. 3. p. 618. f. 15. t. 4. f. 7.*
 Hexapetalia tricapularis indica, foliis nervosis, floribus e sinu pediculi foliorum juncorum modo erumpentibus. *Raj. bist. 3. p. 661.*
 Nymphaea sagittæ foliis. D. Kleinhof. quæ cum citatis figuris convenit, planta javanica plures quam viginti profert flores.
 Habitat in India.

PANCRATIUM (*zeylanicum*) spatha uniflora, petalis reflexis. *Linn. sp. 407.*
Fl. zeyl. 126.
 Narcissus zeylanicus, flore albo hexagono odorato. *Herm. lugdb. 693. Commel. H. Amst. 1. p. 75. t. 38. Rusb. elys. 2. p. 179. f. 7.*
 Lilio Narcissus indicus, flore albo hexagono. *Plukn. alm. 220. Burm. zeyl. 142.*
 Lilium indicum. *Rumph. amb. 6. p. 161. t. 70. f. 2.*
 Catulli-pola? *Rheed. mal. 11. p. 79. t. 40.*
 Habitat in India.

PANCRATIUM (*amboinense*) spatha multiflora, foliis ovatis nervosis petiolatis. *Linn. sp. 419.*
 Narcissus amboinensis, folio latissimo subrotundo. *Commel. H. Amst. 1. p. 77. t. 39. Rusb. elys. 2. p. 238. f. 17.*
 Allium amboinense, folio rotundo. *Raj. bist. 3. p. 553.*
 β Pancratium foliis ovatis acuminatis petiolatis, floribus minoribus candidis fragrantibus. *Trew. decur. t. 28.*
 Cepa sylvestris. *Rumph. amb. 6. t. 70. f. 1.*
 Habitat in Amboina.

CRI-

6

HEXANDRIA MONOGYNIA. 81

30

CRINUM (latifolium) foliis ovatis lanceolatis acuminatis sessilibus planis.

Linn. sp. 419.

Lilio Narcissus indicus maximus. *Raj. hist. 3. p. 553.*

Sjovanna poli tali. *Rheed. mal. 11. p. 77. t. 39. Rudb. elys. 2. p. 91. f. 12.*

Habitat in Indiæ locis arenosis ad ripas aquarum.

CRINUM (asiaticum) foliis carinatis. *Linn. sp. 419. Fl. zeyl. 127. Mill.*

dict. t. 110.

Lilium zeylanicum bulbiferum & umbelliferum. *Herm. lugdb. 682. t. 683.*

Rudb. elys. 2. p. 182. f. 10.

Lilio Narcissus maximus zeylanicus, floribus albis umbellatis. *Plakn. 219.*

Burm. zeyl. 142.

Lilio Narcissus indicus, malaice Daun-bacon. *D. Pryn.*

Radix toxicaria. *Rumph. amb. 6. p. 155. t. 69.*

β Belutta pola-taly. *Rheed. mal. 11. p. 75. t. 38.*

Crescit in variis Indiæ locis ad ripas fluviorum.

Ex capsulis trigonis semina angulosa, in bulbos excrescentia, prodeunt, quod in multis
africanarum plantarum bulbiferis, *Ixiis*, *Sifyrinchis*, *Liliis* & *Alliis*, observatur.

AMARYLLIS (samiensis) spatha multiflora, corollis revolutis, genitali-
bus erectis. *Linn. sp. 421. Roy. lugdb. 36. n. 4.*

Narcissus japonicus rutilo flore. *Corn. canad. 157. t. 158. Rudb. elys. 2.*
p. 23. f. 14. Seb. mus. 1. t. 17. f. 3. Ebret. select. t. 9. f. 3.

Seki-fan. *Kämpf. jap. 872.*

Habitat in Japonia & Cap. B. Spei.

AMARYLLIS (zeylanica) spatha multiflora, corollis campanulatis æqua-
libus, genitalibus declinatis, scapo tereti ancipi. *Linn. sp. 421. Roy.*
lugdb. 36. n. 5.

Lilio Narcissus zeylanicus latifolius, flore niveo, externe linea purpurea
striato. *Commel. H. Amf. 1. p. 73. t. 37. Rudb. elys. 2. p. 181. f. 9.*
Burm. zeyl. 142. Amman. char. pl. 485.

Tulipa javana. *Rumph. amb. 5. p. 306. t. 105.*

Habitat in Zeylona & Amboina.

AMARYLLIS (orientalis) spatha multiflora, corollis inæqualibus, foliis
linguae formibus. *Linn. sp. 422. Roy. lugdb. 37. n. 9.*

Lilio Narcissus indicus maximus sphæricus, floribus plurimis rubris lilia-
ceis. *Moris. hist. 2. p. 568. f. 4. t. 10. f. 35.*

Narcissus indicus orientalis. *Sweert. floril. 31. f. 1.*

Brunswighia. *Heist. monogr. ubi icon & descr.*

Habitat in India.

L

AL-

6

82 HEXANDRIA MONOGYNA.

ALLIUM (*magicum*) caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero, statu minibus simplicibus. *Linn. sp. 424. Roy. lugdb. 39. n. 4.*

Allium foliis caulinis lanceolatis, floribus umbellatis, ex ala bulbiferum. *Hall. all. 19.*

Moli latifolium liliiflorum. *Bauh pin. 75.*

Moli indicum, flore purpureo. *Swert. flor. 61.*

Habitat in India.

GLORIOSA (*superba*); *Linn. sp. 437. Fl. zeyl. 122. Roy. lugdb. 29.*

Methonica malabarorum. *Nienghata zeylanensium. Herm. lugdb. 633. t. 639. Plukn. alm. 249. t. 116. f. 3.*

Methonica gloriosa, foliis capreolatis, floribus fimbriatis reflexis. *Burm. zeyl. 158.*

Lilium zeylanicum superbum. *Commel. H. Amst. 1. p. 69. t. 35. Rudb. elyf. 2. p. 178. f. 3.*

Mendonii. *Rheed. mal. 7. p. 107. t. 57.*

Junglang. Javanis.

Habitat in Malabaria & Zeylona.

Radix pauca quantitate assumta lethalis est. *Herm. herb.*

LEONTICE (*Leontopetaloides*) foliis simplicibus tripartito multifidis, corollis monopetalis calyculatis. *Linn. sp. 448.*

Leontopetaloides. *Amman. act. 8. p. 211. t. 113.*

Habitat in India.

ASPARAGUS (*falcatus*) aculeis solitariis, foliis ensiformibus falcatis. *Linn. sp. 449. Fl. zeyl. 123.*

Asparagus foliis falcatis, ex uno puncto numerosis. *Burm. zeyl. 36. t. 13. f. 2.*

Corruda guinensis, foliis aduncis. *Petiv. mus. n. 169.*

Habitat in Zeylona.

ASPARAGUS (*asiaticus*) aculeis solitariis, caule erecto, ramis filiformibus, foliis fasciculatis. *Linn. sp. 449. Roy. lugdb. 28. n. 2.*

Asparagus aculeatus minor farmentosus e maderaspatan. *Plukn. alm. 54. t. 15. f. 4.*

Habitat in India.

ASPARAGUS (*farmentosus*) foliis solitariis linear-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis. *Linn. sp. 450. Fl. zeyl. 124.*

Asparagus aculeatus zeylanicus maximus farmentosus. *Herm. lugdb. 62. t. 63. Burm. zeyl. 37. Raj. hist. 1877.*

Corruda zeylanica Paeoniæ radiculis. *Petiv. act. Lond. vol. 22. n. 267.*

Schadaveli kelangu. *Rheed. mal. 10. p. 19. t. 10.*

Habitat in Zeylona.

AS-

HEXANDRIA MONOGYNIA. 83

ASPARAGUS (*graminifolius*) foliis linearibus striatis, scapo racemoso.

Linn. sp. 450. ubi descr.

Habitat in Asia.

ASPARAGUS (*terminalis*) inermis, foliis alternis lanceolatis petiolatis, racemo terminali composito. *Linn. sp. 450.* ubi descr.

Terminalis. *Rumph. amb. 4. p. 79. t. 34.*

Habitat in Amboina.

ASPARAGUS (*Draco*) candice simplici, foliis ensiformibus mucronatis subcarnosis imbricatis patentibus. *Linn. sp. 451.*

Cordyline foliis inermibus imbricatis patentibus. *Roy. lugdb. 22. n. 1.*

Palma foliis longissimis pendulis, absque pedunculis e candice glabro enatis. *Boerb. lugdb. 2. p. 169.*

Draco arbor. *Clus. bijt. 1. p. 1. Bauh. pin. 503.*

Habitat in India & insulis Canariensibus.

POLIANTHES (*tuberosa*). *Linn. sp. 453.* floribus alternis. *Fl. zeyl. 225.*

Hyacinthus indicus tuberosus, flore Narcissi. *Bauh. pin. 47. Rudb. elyf. 2.*

p. 39. f. 4. Burm. zeyl. 122. Swert. flor. t. 14. radice tuberosa. Clus. bijt. 1. p. 176.

Amica nocturna. *Rumph. amb. 5. p. 285. t. 98.*

Hyacinthus tuberosus noctu olens, flore Narcissi malaice soudal-ma lan.

D. Pryn.

Habitat in Java & Zeylona.

ALETRIS (*Hyacinthoides*) acaulis, foliis lanceolatis carnosis, floribus geminatis. *Linn. sp. 456.*

Aloe foliis lanceolatis planis rectis radicalibus. *Linn. Fl. zeyl. 130.*

Katu-kapel. *Rheed. mal. 11. p. 83. t. 42.*

α Aloe (*zeylanica*) pumila, foliis variegatis. *Commel. H. Amst. 2. p. 41. t. 21.*

Plukn. aln. 19. t. 256. f. 5.

Aloe foliis exterioribus lanceolatis planis erectis radicalibus, interioribus longissimis subulatis arcuatis. *Roy. lugdb. 23. n. 7.*

Aloe zeylanica pumila, foliis variegatis. *Burm. zeyl. 11.*

β Aloe (*guineensis*) radice geniculata, foliis e viridi & atro undulatim variegatis. *Commel. H. Amst. 2. p. 39. t. 20. præl. 84. t. 33.*

Habitat in Zeylona & Guinea.

ALOE (*vera*) foliis spinosis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis, floribus pedunculatis cernuis corymbosis. *Linn. sp. 458. Roy. lugdb.*

23. n. 3.

Aloe vera vulgaris. *Munting. ic. 96. Bauh. pin. 386.*

Kadanaku f. Catevala. *Rheed. mal. 11. p. 7. t. 3.*

Crescit in campis aridis & saxosis utriusque Indiæ.

6

84. HEXANDRIA MONOGYNIA.

AGAVE (*vivipara*) foliis dentatis, staminibus corollam æquantibus. *Linn. sp. 461.*
Aloe americana polygona. *Comm. præl. 65.* t. 15.
Aloe americana. *Rumph. amb. 5.* p. 273. t. 94.
 β *Aloe americana sobolifera.* *Herm. lugdb. 16.* t. 17.
 Habitat in utraque India.

HEMEROCALLIS. (*fulva*) corollis fulvis. *Linn. sp. 462.*
Lilio Asphodelus puniceus. *Clus. hist. 1.* p. 137.
Lilium rubrum, Alphodeli radice. *Baub. pin. 80.*
 Habitat in China.

ACORUS (*verus*) asiaticus, radice tenuiore. *Linn. sp. 463.* *Fl. zeyl. 13* 2.
Herm. lugdb. 9. *Burm. zeyl. 6.*
Acorum. *Rumph. amb. 5.* p. 178. t. 72. f. 1.
Calamus aromaticus. *Garzia. in 4to.* p. 288. ubi icon.
Vaembu. *Rheed. mal. 11.* p. 99. t. 48.
 Habitat in locis aquosis Indiæ ad ripas.

CALAMUS (*Rotang*) *sp. 463.* *Fl. zeyl. 468.*
Arundo zeylanica spinosissima major, fructibus rotundis scabris acidis. *Burm. zeyl. 36.*
Arundo nucifera. Rotang dicta, fructu spadicei coloris, striis purpureis venuste teffulato. *Plukn. alm. 53.* t. 106. f. 1. & 2. *Raj. hist. 3.* p. 645.
Arundo Rotang dicta. *Pif. mant. 188.*
Fructus Cannæ de Bengala. *Baub. pin. 405.*
Tsieu tsuarel. *Rheed. mal. 12.* p. 121. t. 64. & 65.
Palmjuncus Calapparius. *Rumph. amb. 5.* p. 88. t. 51. ad 58, ubi varietas, quæ a *Linn.* recensentur,
 Habitat in Indiis.

LORANTHUS (*scurrula*) pedunculis unifloris congestis, foliis obovatis. *Linn. sp. 472.* ubi descr.
Viscum vitici innascens. *Petiv. gaz. t. 63.* f. 8. *Camell. lux. 3.* n. 36.
 Habitat in China.

LORANTHUS (*loniceroides*) floribus aggregato capitatis. *Linn. sp. 473.*
Lonicera pedunculis multifloris, involucris pentaphyllis, foliis ovato-lanceolatis petiolatis. *Linn. Fl. zeyl. 83.* sp. 1. p. 175.
Viscus fructibus oblongis rubicundis, floribus oblongis tubulosis. *Burm. zeyl. 229.*
Periclymenum surrectum, persicæ foliis, maderaspatanum. *Plukn. alm. 287.* t. 212. f. 5.
Periclymenum indicum arboribus innascens, florum fasciculis in brevibus pediculis ad caulum nodos. *Raj. dendr. 32.*
Ili. canni. *Rheed. mal. 7.* p. 55. t. 29.
Parasitica luxuriat ex arboribus in Indiæ sylvis. SA.

SARACA (*arborescens*).

Habitat in Java.

Tab. 25.

f. 2.

Caul. arboreus glaber. *Fol.* alterni sive impari, foliolis oblonga petiolata. *Paniculis* spicis alternis, bracteis ovato lanceolatis oppositis binis & binis. *Cal.* nullus. *Cor.* monopetalia insundibuliformis, faux margine elevato limbo quadripartito laciniis ovatis patentibus: superiore remouto. *Stam.* filum sex (utroque latere tria) margini receptaculi insidentia subulata declinata, amberæ calcaneo instructæ an polliniferæ? *Pist.* germen longitudine staminum oblongum compressum, *Stylus* subulatus declinatus longitudine germinis, *Stigma* obtusum. *Per?* *Sem?*

D. I. G. Y. N. I. A.

ORYZA (*sativa*). Linn. sp. 475. Roy. lugdb. 58. Catesb. car. 1. p. 14. t. 14.
Colitur in Indiæ locis aquæsis, ubi alba rubra & variegata occurunt, quæ
pro varietatibus habendæ.

T. R. I. G. Y. N. I. A.

FLAGELLARIA (*indica*). Linn. sp. 475. Fl. zeyl. 133.

Lithospermum indicum arundinaceum, foliis gramineis in capreolos desinentibus. Herm. mus. zeyl. 30.

Canna indica florida baccifera, fructu umbilicato monopyreno, floribus racemosis. Raj. hist. 3. p. 373.

Lacryma Jobi gramineis foliis, in capreolos desinentibus. Burm. zeyl. 138.
Frutex indicus scandens, foliis Mendonii instar in capreolos desinentibus,

fructu parvo coronato. Plukn. amalch. 101.

Palmjuncus lœvis. Rumph. amb. 5. p. 120. t. 59. f. 2.

Pamboe valli. Kheed. mal. 7. p. 99. t. 53.

Rotting korwaer. Javanis.

Habitat in Indiæ variis locis.

RUMEX (*vesicarius*) floribus hermaphroditis geminatis, valvularum aliis omnibus maximis membranaceis reflexis, foliis indivisis. Linn. sp. 479.

Roy. lugdb. 230. n. 6.

Acetosa vesicaria utriusque Indiæ annua. Plukn. alm. 8.

Acetosa americana, foliis longissimis pediculis donatis. Moris. hist. 2. p. 583.
f. 5. t. 28. f. 7. Baub. pin. 114. prodr. 54.

Oxalis africana. J. Baub. hist. 2. p. 992.

Acetosa seu lapathum acetosum, folio subrotundo. D. Pryn. 1759 ex.
Java misit.

Habitat in Asia, Africa, America.

7

86 HEPTANDRIA MONOGYNIA.

AESCULUS (Pavia) floribus octandris. *Linn. sp.* 488.
Pavia. *Boerb. lugdb.* 2. *p.* 260. *t.* 260. *H. angl.* 54. *t.* 19. *Trew. ebret.* *t.* 15.
Mill. ic. 198. *Dubam. arb.* *p.* 98. *Roy. lugdb.* 463.
Saamouna pisonis, s. *siliquifera brasiliensis* arbor, *digitatis foliis ferratis*,
floribus Teucrui purpureis. *Pluken. alm.* 326. *t.* 56. *f.* 4.
Habitat in Brasilia, frequens in hortis europaeis.

SAURURUS (cernuus) foliis profunde cordatis ovato-lanceolatis, amen-
tis solitariis recurvis. *Linn. sp.* 489. *Gron. virg.* 40. *Roy. lugdb.* 8. *n.* 2.
Serpentaria repens, floribus stamineis spicatis, *Bryoniae nigrae* folio am-
ploire pingui. *Pluken. alm.* 343. *t.* 117. *f.* 4.
Habitat in Virginia & Java.

O C T A N D R I A M O N O G Y N I A.

TROPÆOLUM (minus) foliis integris, petalis acuminato setaceis. *Linn.*
sp. 490.
Cardamindum minus, & *vulgare*. *Fewill. peruv.* 3. *p.* 14. *t.* 8.
Nasturtium indicum. *Lobel. ic.* 516. *f.* 1 & 2. *Baub. pin.* 306.
Habitat in India & Peru.

OSBECKIA (chinensis) *Linn. sp.* 490. ubi descr. *Osb. it.* 213. *t.* 2.
Echinophora maderaspatana, sideritis non ferratis neryosis foliis, fructu
capsulari caudalidis æmulo. *Pluken. alm.* 132. *t.* 173. *f.* 4.
Kadali maderaspatanum minus, *capsulis pilosis*. *Raj. Juppl. app.* 236.
Habitat in India.

ALLOPHYLLUS (zeylanica). *Linn. sp.* 496. *Fl. zeyl.* 140.
Habitat in Zeylona.

MIMUSOPS (Elengi) foliis alternis remotis. *Linn. sp.* 497. *Fl. zeyl.* 138.
Flos cuspidum. *Rumph. amb.* 2. *p.* 139. *t.* 63.
Arbor zeylanica floribus odoratis, faciem humanam quodammodo referen-
tibus. *Burm. zeyl.* 27.
Arbor kauki Indorum, floribus odoratis. *Breyn. cent.* 20. *t.* 8.
Bonga Tanjoing laut. *Rumph. amb.* 2. *p.* 193. *t.* 64.
Elengi. *Rheed. mal.* 1. *p.* 34. *t.* 20.
Habitat in India.

MIMUSOPS (kauki) foliis confertis. *Linn. sp.* 497. *Fl. zeyl.* 237.
Metrosiderops macassarensis. *Rumph. amb.* 3. *p.* 19. *t.* 8.
Arbor florifera montana. *D. Kleinb.*
Arbor longifolia, flore albo. *D. Kleinb.* quæ foliis ovato-lanceolatis.
Habitat in India.

JAM-

OCTANDRIA MONOGYNYIA. 87

JAMBOLIFERA (*pedunculata*) Linn. sp. 497. *Fl. zeyl.* 139.

Jambulones. *Baub. pin.* 460.

Prunus indica fructu nigro, olivæ magnitudine Jambolonis Acoſtæ. *Burm. zeyl.* 197.

Caryophyllus languescente vi aromaticus malabaricus, folio & fructu maximo. *Pluken. alm.* 88. t. 274. f. 2. *Kaj. bijt.* 3. p. 33. folio longiore; ceterum fructificatio eadem.

Jambolones. *Acoſt. libr. arom.* p. 299. in 8. vo.

Jambolana. *Rumph. amb.* 1. p. 131. t. 42.

Bohom-Jamboulan Javanis.

Habitat in India.

Specimina ex Java recepta differunt magnitudine & foliis ovalibus, cuneiformibus, integrerrimis vel apice bifidis, margine cartilagineo.

SANTALUM (*album*). Linn. sp. 497.

Santalum verum. *Breyn. ic.* 19. t. 5. f. 1.

Sandalum album. *Rumph. amb.* 2. p. 42. t. 11. *Baub. pin.* 392.

Habitat in India.

MEMECYLON (*capitellatum*) foliis ovatis, floribus axillaribus capitatis.

Linn. sp. 497. *Fl. zeyl.* 136.

Cornus sylvestris, foliis croceum colorem tingentibus, flosculis ad foliorum alas globosis. *Burm. zeyl.* 76. t. 30.

Crocus zeylanicus sylvaticus, seu arbor walikaku. *Herm. mus. zeyl.* 7.

Habitat in zeylonæ locis arenosis.

Eolia saporis acido dulcis, coloris crocei, ab incolis in obsoniis loco curcumæ usurpantur.

Herm. herb.

MENECYLON (*umbellatum*) foliis ovatis, floribus nudis umbellatis.

Cornus sylvestris altera, korakaha dicta. *Burm. zeyl.* 76. t. 31.

Crocus zeylanica, arbor sylvestris korakaha dicta. *Herm. mus. zeyl.* 46.

Habitat in Zeylonæ.

CLAUCENA. (*excavata*).

Habitat in Java.

Frutex. Fol. alterna pinnata: foliola petiolata ovato oblonga vix crenata pubescentia plurima. Racemi paniculati. Cal. perianth. monophyllum quadridentatum planiusculum breve. Cor. petala quatuor subrotunda sessilia. Stam. Filam. octo subulata, corolla breviora, inferiori parte dilatata incrassata intus excavata, germini circumstantia, nectariumque constituentia, Anthera subrotundæ versatiles. Pil. Germen subrotundam, Sylus cylindraceus, staminibus brevior. Stigma simplex. Per? Sem.?

LAW.

88 OCTANDRIA MONOGYNIA.

LAWSONIA (*inermis*) ramis inermibus. Linn. sp. 498. Fl. zeyl. 135.

Ligustrum indicum seu Alhenna. Burm. zeyl. 142.

Ligustrum ægyptiacum latifolium. Baub. pin. 476.

Alhenna seu Henna Arabum. Walth. Hort. 3. t. 4. Shaw. catal. n. 17.

Cyprus verus antiquorum. Garzin. herb.

Cyprus; Henna, Alcanna. Rauwolf. itin. 60. t. 60.

Ligustrum ægyptiacum Elhanne. Ap. ægypt. 47.

Pontaletsce. Rheed. mal. 4. p. 117. t. 57.

Paijar Tjalong. Javanis

Crescit per totam Indiam, ubi colitur, tum & in Ægypto, Palæstina, Persia.

LAWSONIA (*spinosa*) ramis spinosis. Linn. sp. 498. Fl. zeyl. 134.

Rhamnus malabaricus, fructu racemoso calyculato. Raj. hist. 1573.

Rhamnus malabaricus, Mail. anschi. Plakn. aln. 38. t. 220. f. 1.

Alcannæ species zeylanica, Manithondi dicta. Burm. zeyl. 9.

Cyprus Alcanna. Rumph. amb. 4. p. 42. t. 17.

Mail. anschi. Rheed. mal. 1. p. 73. t. 40.

Patsjar java & Patsjar-tsina, sub quibus nominibus sèpius missa fuit a D.

Kleinbo ex Java.

Habitat in India.

PROTIUM (*Javanicum*).

Tingulong. Rumph. auct. 54. t. 23. f. 1.

Habitat in Java.

Arbor, Folia opposita, foliolis pinnatis cum inpari quinque vel septem, glabra laurina petiolata. Racemus paniculatus multiplex. Cal. perianth. monophyllum subquadridentatum obtusum persistens. Cor. petala quatuor sessilia. ovata acuminata æqualia, neclarium ad receptaculi marginem cingens germinis inter stamina urceoli intar. Stam. filam. octo subulata petalis breviora. Antera oblonga quasi ex quatuor connata. Pist. germinis ovatum superum. Stylus cylindricus longitudine staminum. Stigma simplex. Peric. Drupa unilocularis. Semeni subrotundum.

DAPHNE (*indica*) capitulo terminali pedunculato, foliis oppositis oblongo-ovatis glabris. Linn. sp. 511. Osb. it. 246. ubi descr.

Habitat in China.

BÆCKÆA (*frutescens*). Linn. sp. 515. Osb. it. 231. t. 1. ubi descr.

Habitat in China.


D I G Y N I A.

Tab. 31. GALENIA (*asiatica*) foliis alternis ovato-oblongis.
f. 5.

Caul. arboreus, ramis divaricatis glaberrimis lucidis. Fol alterna subpetiolata ovato oblonga integrerrima nitida. Pedunc. terminales racemosi nudi.

Arbor est ingens, qua Cameli vescuntur in Persia & Arabia: Folia saporem habent Nas-turtii hortensis. Garzin. herb.

USU-



1. *GALENIA* ? *asiatica*.
 2. *POLYGONUM* *perfoliatum*.
 3. *ZALEJA* *decandra*.





1. *GALENIA* [?] *aquatica*.
2. *POLYGONUM* *perfoliatum*.
3. *ZALEJA* *decandra*.



1. *USUBIS triphylla*.
2. *DAIS octandra*.

Tab. 32.
f. 1.

USUBIS (*triphylla*).Klinting birou. Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in Java.

Fol. alterna ternata, foliola petiolata ovato-oblonga repanda nuda. *Racemi axillares simplices*. *Flores plures pedunculati ad singula puncta sparsi*. *Cal. perianth. diphylum subrotundum*. *Cor. petala quatuor subrotunda calyce minora fessilia*. *Stam. filam. oculo longitudine floris*. *Antb. subrotundæ*. *Pist. germina duo pedicellata compressa*, flore longiora. *Styli simplices breves*. *Stigmata simplicia*. *Per.?* *Sem.?*

TRIGYNI A.

POLYGONUM (*serratum*) foliis crenatis. *Linn. sp. 517.*Polygonum folio oblongo crenato. *Shaw. afr. 489.**Perficaria aquatica*, foliis ferratis. *D. Kleinhof.*

Habitat in Java & Mauritania.

POLYGONUM (*barbatum*) floribus hexandris trigynis, spicis virgatis, stipulis truncatis setaceo-ciliatis, foliis lanceolatis. *Linn. sp. 518.*
ubi descr.

Perficaria maderaspatana longiore folio hirsuta. *Plukn. alni. 288. t. 210. f. 7.*
quæ cum Javanicis speciminiibus optime convenit.

Perficaria procumbens longissima angustissima non maculosa, spica longiori laxiori & graciliore. *Sloan. hist. jam. 1. p. 17. t. 3. f. 1.*

Schovanna-nudela-muccu. *Rheed. mal. 12. p. 147. t. 77.*

Cabur muda. Javanis.

Habitat in Java & Malabaria.

Binæ ex Java afferuntur varietates, una *caule & foliis villosis e rubro sericeis latioribus, spicis brevibus*, ut in *Plukn. fig.*; altera *caule & foliis glabris angustioribus, spicis laxis, quæ cum Sloanei figura convenire videtur.*

POLYGONUM (*orientale*) floribus heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, stipulis hirtis hypocateriformibus. *Linn. sp. 519.*

Perficaria florum staminibus sex pluribusque, stylo dupli. *Roy. lugdb. 216. n. 6.*

Perficaria foliis ovato-lanceolatis acutis, floribus pentandris, caule erecto. *Mill. dict. t. 201.*

Perficaria orientalis, Nicotianæ folio, calyce florum purpureo. *Comim. rar. 43. t. 43. Tourn. cor. 38.*

Perficaria javanica. *herb. Garzin.*

Cabur Cabur javanis.

Habitat in India & Oriente.

Quod in superiore & hic obtinet, quoad *caules & folia*, quæ latissima ovata lanceolata & acuminata, tomento e rubro splendente imprimis ad genicula, distinguuntur. *Florum vero spicæ* incrassatae, & compactæ habentur, hinc videtur *H. mal* figura 76 cum hacce Javanica non satis convenire, quoad foliis; altera varietas Holoferici instar splendens *Sompel B'a javanis* diffit *caule* crassiusculo, *geniculis* brevissimis, *spicis* compactis majoribus; nimis vero affinis pro nova specie videtur.

M

PO.

90 OCTANDRIA TRIGYNIA.

Tab. 30. POLYGONUM (*chinense*) floribus octandris trigynis, pedunculis scabris, f. 3. foliis ovatis Linn. sp. 526.

Fagopyrum scandens montanum javanicum. Sitjava. D. Kleinbof, qui notat, quod crescat altitudine octo pedum.

Habitat in Java & China.

Tab. 31. POLYGONUM (*perfoliatum*) foliis triangularibus, caule aculeato, stipulis perfoliato-foliosis patentibus subrotundis. Linn. sp. 521. ubi descr.

Acetosa spinosa scandens baccifera. D. Kleinbof, qui addit, quod crescat locis montosis.

Acetosa foliis triangularibus, floribus spicatis. D. Pryon.

ꝝ *Fagotritico* similis spinosa minor sinica, cauliculis erectis. Plukn. amalh. 87. t. 398. f. 1. quæ magnitudine & foliis magis oblongatis tantum differt.

Habitat in India.

POLYGONUM (*Fagopyrum*) foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis æqualibus. Linn. sp. 522.

Heleine caule erectiusculo inermi, foliis cordato-sagittatis. Roy. lugdb. 217. n. 2.

Erysimum cereale, folio hederaceo. C. Baub. pin. 27.

Frumentum seracenicum vel *Fagotriticum*. D. Pryon.

Habitat in India.

PAULLINIA (*asiatica*) foliis ternatis, caule aculeato, cirrhis nullis. Linn. sp. 524. Fl. zeyl. 143.

Chamælæa trifolia aculeata, floribus spicatis. Burm. zeyl. 58. t. 24.

Chamælæa trifolia spinosa, seu *Piper sylvestre*. Herm. mus. zeyl. 22. Petiv. mus. cent. 8.

Frutex baccifer indicus spinosus trifolius, floribus spicatis. Plukn. alms. 202. t. 95. f. 5.

Kaka-toddali. Rheed. mal. 5. p. 81. t. 41.

Habitat in Zeylona & Malabarria.

In Javanicis speciminibus *Folia* subovata acute dentata, *flores* per intervalla pedunculati subumbellati, *bracteis* ovatis acuminatis.

VITEX (*trifolia*) foliis ternatis quinatisque integerrimis, paniculis dichotomis. *Linn.* 890. *Fl. zeyl.* 413.

Vitex trifolia minor indica. *Plukn. aln.* 390. *t.* 206. *f.* 5.

Vitex trifolia indica odorata hortensis, floribus cæruleis racemosis. *Burm. zeyl.* 229.

Lagondium vulgare. *Rumph. amb.* 4. *p.* 48. *t.* 18.

Piperi similis fructus striatus fæmina. *Baub. pin.* 412.

Caranofi. *Rheed. mal.* 2. *p.* 13. *t.* 11. *Raj. bijt.* 1575.

β *Vitex trifolia, floribus per ramos sparsis.* *Burm. zeyl.* 229. *t.* 109.

Habitat in India.

138 DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.

VITEX (*Negundo*) foliis quinatis, ternatisque serratis, floribus racemoso-paniculatis. *Linn.* sp. 890. *Fl. zeyl.* 414. *Osb.* it. 92.

Vitex trifolia indica minor ferrata. *Plukn. alm.* 390.

Vitex trifolia sylvestris indica odorata. *Burm. zeyl.* 229.

Negundo arbor mas. *Baub. bist.* I. p. 189.

Lagondium littoreum. *Rumph. amb.* 4. p. 50. t. 19.

Bemnosi. *Rheed. mal.* 2. p. 15. t. 12.

Habitat in India.

VITEX (*zeylanica*) foliis pinnatis ternis quinise integerrimis, floribus corymboso-paniculatis.

Habitat in Zeylona.

Adonis Bemnosi *Hort. mal.* 2. p. 15. t. 11. at folia pinnata saepius quina glaberrima ni- gricantia, petiolis horizontalibus incrassatis. corymbus terminalis ex paniculis nume- rosis constans.

Tab. 43. VITEX (pinnata) foliis pinnatis integerrimis, paniculis trichotomis. *Linn.* f. 2. sp. 890.

Pistacio-vitex. *Linn. Fl. zeyl.* 445.

Patjar. China. Cambang Tsjulang malaice dicta Javanis.

Habitat in Java & Zeylona.

BONTIA (*germinans*) foliis oppositis, pedunculis spicatis. *Linn. sp.* 891.

Bontia foliis subtus tomentosis. *Jacq. amer.* 25.

Bontia foliis integris oblongis oppositis, petiolis crassis brevissimis subam- plexicaulibus, floribus racemosis. *Brown. jam.* 263.

Avicennia. *Linn. Fl. zeyl.* 57. *Mat. med.* 42.

Mangle laurocerasi foliis, flore albo tetrapetalo. *Sloan. bist. jam.* 2. p. 66. *Raj. dendr.* 115.

Anacardium. *Baub. pin.* 511. orientale. *Plukn. alm.* 28.

Arbor indica, fructu conoide, cortice pulvinato, nucleum unicum nullo offi- culo teeto claudente. *Raj. bist.* 1566.

Oepata. *Rheed. mal.* 4. p. 95. t. 45.

Caju cantekka Javanis.

Habitat in utrisque Indiis.

ACANTHUS (*ilicifolius*) foliis repandis dentato-spinosis, caule fruticoso aculeato. *Linn. sp.* 892. *Osb.* it. 92.

Acanthus malabaricus, agrifolii folio. *Petiv. succ.* 10. *gaz.* t. 94. f. 15.

Aquifolium indicum. *Rumph. amb.* 6. p. 163. t. 71.

Aquifolii facie arbor malabarica, acanthi flore albo cucullato. *Plukn. phyt.* 38. t. 264. f. 4.

Frutex indicus spinosus, foliis agrifolii, siliqua geminata brevi. *Raj. bist.* 1766.

Carduus aquaticus S. Indorum dilivaria. *Cammel. luz.* 6. n. 16.

Paina schyllii. *Rheed. mal.* 2. p. 93. t. 48.

Habitat in Indiæ locis maritimis.

ACAN.

14

15

DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA. 139

ACANTHUS (*maderaspatanus*) foliis quaternis obsolete dentatis inermibus, calycibus ciliatis. *Linn. sp.* 892

Adhatoda maderaspatana, calyce barbato, foliis subtus villosis. *Petiv. myf.* 23.

Habitat in India.

ACANTHUS (*ciliaris*) foliis quaternis ellipticis, calycibus ciliatis.

Tab. 42.

Acanthus quadrifolius zeylanicus. *D. Garcin.*

f. 2.

Melampyro affinis tetraphylla gangetica, floribus inter folia sparsis.

Plukn. phyt. 245. *t. 99. f. 3. Raj. bist.* 3. *p. 402.*

Habitat in Zeylona.

Caul. herbaceus dichotomus. *Folia* quaterna elliptica mutica. *Flores* axillares solitarii. *Cal.*

exterior imbricatus foliolis quatuor parium ciliatis, interior tetraphyllus foliolis duobus exterioribus lanceolatis, reliquis longioribus, interioribus duobus minoribus linearibus. *capsula* rubra.

PEDALIUM (*murex*) *Linn. sp.* 892. *Fl. zeyl.* 440.

Tab. 45.

Hyoscyamus maritimus, fructu tribuli aculeato, dispermus. *Burm. zeyl.* *f. 2.*

122. Herm. zeyl. 42.

Planta zeylanica, cuius fructus est spinosus instar tribuli aquatici, albicans.

Garzin. herb.

Kaku-mullu. *Rheed. mal.* 10. *p. 143. t. 72.*

Habitat in Zeylona & Malabara.

Differit nostra ab H. Mal. figura, quod multo tenerior, *caul.* erectiusculus ex albido tomentosus. *Fol.* alterna dentata scabriuscula lucida. *Flores* axillares solitarii. *fructus* obovatus; ideoque mera varietas ab illa H. Malab.

T E T R A D Y N A M I A S I L I C U L O S A.

LEPIDIUM (*perfoliatum*) foliis caulinis pinnato-multifidis ramiferis cordatis amplexicaulibus integris. *Linn. sp.* 397. *Roy. lugdb.* 335. *n. 8.* *Gron. orient.* 79.

Nasturtium spicatum persicum perfoliatum maximum. *Moris. bist.* 2. *p. 294. f. 3. t. 25. f. 17.*

Thlaspi verum dioscoridis. *Zanon. bist.* 193. *t. 129.*

Habitat in Persia.

IBERIS (*semperflorens*) frutescens, foliis cuneiformibus integerrimis obtusis. *Linn. sp.* 904. *Roy. lugdb.* 336. *n. 1.*

Leucojum fruticosum umbellatum persicum, foliis leucoji instar sempervirentibus. *Moris. bist.* 2. *p. 296*

Thlaspi latifolium polycarpon, leucoji foliis. *Bocc. sic.* 55. *t. 22. f. 1.*

Thlaspi fruticosum, folio leucoji, temperflorens. *Scb. thef.* 1. *p. 2. t. 13. f. 4.*

Habitat in Persia.

PELTARIA (*Garzini*) foliis petiolatis ellipticis, siliculis unilocularibus compressis. *Tab. 45. f. 1.*

Alysson persicum Plantaginis aquatici folio. *Garcin. herb.*

Habitat in Persia.

Caul. glaberrimi albantes. *Fol.* alterna elliptica integerrima glabra. *Siliculae* obcordatae pedunculatae compressæ glaberrimæ monospermæ, *seminibus* oblongis.

140 TETRADYNA MIA SILIQUOSA.

CARDAMINE (*indica*) foliis simplicibus obovatis denticulatis, petiolis longis.

Cardamine Javanica humilis latifolia. *D. Kleinhof.*

Habitat in Java.

In nostra planta caules palmatae; folia obovata glabra, petiolis folio longioribus. siliquæ linearæ striatæ.

SISYMBRIUM (*sinapis*) foliis sublyratis denticulatis, siliquis subdeclinatis.

Draba angustifolia major. *Barr. ic. 270.*

Habitat in Java.

Statura & facies *sinapis arvensis*, at flores minutissimi albi, refertque racemos cum siliquis *sisymbrium amphibium*, licet siliquæ longiores patentissimæ declinatae

SISYMBRIUM (*indicum*) siliquis pedunculatis rectis patentibus, foliis lyratis ovatis levibus. *Linn. sp. 917.* ubi descr.

Sesuri-china Javanis. *D. Kleinhof.*

Habitat in India.

Tab. 46. HELIOPHILA (incana) caule flexuoso, foliis linearibus subfalcatis obtusis.

f. 2. Leucojum incanum javanicum. Garcin. herb.

Habitat in India.

Caul. a ramo ad ramum flexuosi glaberrimi albantes. Fol. sessilia saepe falcata linearia obtusa. Flores in summo caule saepius tres pedunculati. siliquæ lineares compressæ, dist. sepimento distinctæ.

BRASSICA (*chinensis*) foliis ovalibus subintegerrimis, floralibus amplexicaulibus lanceolatis, calycibus ungue petalorum longioribus. *Linn. sp. 932. Amoen. acad. 4. p. 281.*

Cadjoe coe. Incolis.

Habitat in China.

BRASSICA (*violacea*) foliis lanceolato-ovatis glabris indivisis dentatis.

Linn. sp. 932.

Habitat in China.

SINAPIS (*juncea*) ramis fasciculatis, foliis summis lanceolatis integerrimis. *Linn. sp. 934.*

Sinapi indicum maximum lactucæ folio. *Herm. par. bat. 230. t. 230.*

Habitat in India.

RAPHANUS (*sativus*) siliquis teretibus torosis bilocularibus. *Linn. sp. 935.*

Raphanus chinensis oliferus *ibidem. 3.*

Raphanus minor oblongus orbicularis. *Baub. pin. 95.*

Habitat in China.

CLEOME (*fruticosa*) floribus gynandris tetrandris, foliis simplicitus, caule fruticoso. *Linn. sp. 937. ubi descr.*

Habitat in India.

CLEO-

P. 140.

T. 40.



1. *PELTARIA garcini*.
2. *HELIOPHILA incana*.
3. *CLEOME fruticosa*.

TETRADYNA MIA SILIQUOSA. 141

CLEOME (*heptaphylla*) floribus gynandris, foliis subseptenatis, caule aculeato. *Linn. sp.* 937.

Sinapistrum indicum spinosum, foliis quinque, sex, septemve numero incertis. *Burm. zeyl.* 215.

Pentaphyllum peregrinum siliquosum bivalve majus. *Morison. hist.* 2. p. 288.
& Sinapistrum indicum majus quinquefolium asperum. *Raj. suppl.* 418.

Habitat in Indiis.

CLEOME (*pentaphylla*) floribus gynandris, foliis quinatis, caule inermi. *Linn. sp.* 938. *Fl. zeyl.* 239.

Sinapistrum indicum pentaphyllum, flore carneo, minus non spinosum. *Heim. lugdb.* 564. *Burm. zeyl.* 216. *Sloan. hist. jam.* 1. p. 294. *Raj. hist.* 859.

Pentaphyllum peregrinum siliquosum bivalve minus. *Moris. hist.* 2. p. 289.

Quinquefolium lupini folio. *Baub. pin.* 326.

Capa veela. *Rheed. mal.* 9. p. 43. t. 24.

Habitat in Indiis.

CLEOME (*triphylla*) floribus gynandris, foliis ternatis, caule inermi.

Linn. sp. 938.

Sinapistrum indicum triphyllum, flore carneo, non spinosum. *Heim. lugdb.* 564. *Raj. supp.* 421.

Habitat in Indiis.

CLEOME (*icosandra*) floribus icosi-tetrandris, foliis quinatis. *Linn. sp.* 938..

Fl. zeyl. 240.

Sinapistrum zeylanicum pentaphyllum viscosum, flore flavo. *Burm. zeyl.* 215. t. 99.

Habitat in Zeylona.

CLEOME (*viscosa*) floribus dodecandris, foliis quinatis ternatisque. *Linn. sp.* 238. *Fl. zeyl.* 241.

Sinapistrum zeylanicum triphyllum & pentaphyllum viscosum, flore flavo. *Mart. cent.* 25. t. 25. *Burm. zeyl.* 215.

Papaver corniculatum acre triphyllum indicum, floribus luteis, viscosum zeylapicum. *Pluken. alm.* 280.

Erysimum seu sinapistrum indicum triphyllum viscosum, flore flavo. *Herma mus. zeyl.* p. 13.

Aria veela. *Rheed. mal.* 9. p. 41. t. 23. *Ray. hist.* 3. p. 427.

Habitat in Zeylona & Malabaria.

CLEOME (*dodecandra*) floribus dodecandris, foliis ternatis. *Linn. sp.* 939.

Fl. zeyl. 242.

Sinapistrum triphyllum pumilum glabrum, flosculo purpureo, siliqua membranacea. *Burm. zeyl.* 216. t. 100. f. 1.

142 TETRADYNA MIA SILIQUOSA.

Sinapistrum indicum triphyllum, flore carneo, non spinosum. *Sloan* *bif.*
jam. 1. *p.* 194. *t.* 124. *f.* 1.
Sinapistrum indicum triphyllum, siliqua maxima, flore albo. *Boerb.* *lugdb.* 307.
Erysimum minimum triphyllum, flore purpureo fistuloso. *Herm.* *herb.*
Habitat in Indiis.

CLEOME (*monophylla*) floribus hexandris, foliis simplicibus petiolatis
ovatis lanceolatis. *Linn.* *sp.* 940. *Fl. zeyl.* 243.
Sinapistrum zeylanicum viscosum, folio solitario, flore flavo, siliqua tenui.
Burm. zeyl. 217. *t.* 100. *f.* 2.
Sinapistrum indicum, acetosae vulgaris folio, siliquis longis. *Herm. zeyl.* 10.
Papaver corniculatum acre, singulari folio, malabaricum. *Plukn. alm.* 210.
Herba siliquosa indica tetraphylla, siliquis longis angustis, e singulis folio-
rum alis singulis. *Raj. app.* 427.
Tsieru veela. *Rheed mal.* 9. *p.* 63. *t.* 34.
Habitat in Zeylona & Malabara.

MONA DELPHIA PENTANDRIA.

WALTHERIA (*indica*) foliis ovatis serratis plicatis, capitulis sessilibus.
Linn. sp. 941. *Roy. lugdb.* 348. *n.* 2.
Malvinda ulmifolia, flosculis pusillis muscosis constipatis. *Burm. zeyl.* 149.
t. 68.
Alcea zeylanica carpini foliis, flosculis fasciculatim congestis. *Herm. lugdb.* 13.
Betonica arborescens, villosis foliis profunde venosis, floribus ex aliis folio-
rum glomeratis. *Plukn. mant.* 31.
Habitat in India.

WALTHERIA (*angustifolia*) foliis lanceolatis serratis, capitulis peduncu-
latis. *Linn. sp.* 941. *Fl. zeyl.* 244. *Roy. lugdb.* 348. *n.* 1.
Monospermum Althea arborescens villosa, flore minore. *Ishard. act.* 1721. *p.*
278. *t.* 14.
Betonica arborescens maderaspatana villosa, foliis profunde venosis. *Plukn.*
alm. 67. *t.* 150. *f.* 5.
Habitat in Indiis.

MELOCHIA (*pyramidalis*) floribus umbellatis oppositifoliis, capsulis pyra-
midatis pentagonis, angulis acutis, foliis nudis. *Linn. sp.* 943. *Fl. zeyl.*
245. *Locfl. it.* 255.
Melochia herbacea tenuissima ramosa, foliis oblongo-ovatis, umbellulis
lateralibus, foliis approximatis. *Brown. jam.* 276.
Malvinda altissima; *Betonicæ folio*, floribus ad genicula gemellis. *Burm. zeyl.* 150. *t.* 69. *f.* 1.

Alt.

MONADELPHIA PENTANDRIA. 143

Althea minima surrecta, veronicæ villosis foliis, maderaspatana. *Plukn. alm.*

25. t. 132. f. 3.

Alcea indica alta ramosa, foliis floribusque minimis. *Herm. zeyl.* 40.

Habitat in Indiis.

MELOCHIA (concatenata) ramis confertis terminalibus, capsulis globosis sessilibus. *Linn. sp.* 944. *Fl. zeyl.* 247.

Alcea indica, flosculis parvis fasciculatim ramulis adfixis. *Plukn. alm.* 26. t. 9. f. 5. *Breyn. prodri.* I. p. 2.

Althea folio viridi, flosculis muscosis parvis racematum dense dispositis.

Herm. zeyl. 31.

Habitat in India.

MELOCHIA (corchorifolia) floribus capitatis sessilibus, capsulis subrotundis. *Linn. sp.* 944. *Fl. zeyl.* 246.

Melochia corchori foliis. *Dill. H. elth.* 221. t. 17. f. 217. *Burm. zeyl.* 156.

Althaea peregrina longiore betonicæ folio, floribus albis perexiguis, capitulis arcte conglomeratis. *Plukn. alm.* 25. t. 44. f. 5.

Tsjeru-uren. *Rheed. mal.* 9. p. 143. t. 73.

Habitat in India.

MELOCHIA (supina) floribus capitatis, foliis ovatis serratis, caulis procumbentibus. *Linn. sp.* 944.

Alcea supina pusilla geranii exigui maritimi folio & facie maderaspatensis, fructu in summo caule glomerato, pericarpio duro. *Plukn. alm.* 14. t. 132. f. 4.

Habitat in India.

MELOCHIA (erecta) floribus capitatis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis serratis, caulis erectis.

Bompoeroetang. Javanis.

Habitat in Java.

Caul. erecti glaberrimi in nostris dichotomi. *Fol.* inferiora ovata superiora lanceolata acuminata inaequaliter ferrata. *Fl.* capitati minimi, *palsis* setaceis. *Capulae* subrotundæ glaberrimæ.

MELOCHIA (cordata) floribus solitariis oppositifoliis, foliis cordatis serratis, capsulis compressis.

Malvinda foliis serratis angulosis, flore luteo. *D. Outgaerden.*

Perum Ponnaku. Incolis Coromandeli.

Caul. bipedales erecti. *Fol.* cordata in quibusdam speciminibus triloba inaequaliter dentata, *petiolis* foliis longioribus. *Pedunc.* foliis oppositi solitarii. *Capulae* subrotundæ compressæ polyspermæ, *seminibus* triquetris albis.

CON-

16
144 MONADELPHIA DECANDRIA.

CONNARUS (monocarpos). *Linn. sp. 914. Fl. zeyl. 248.*

Rhus zeylanicus trifoliatus Phaseoli facie, floribus copiosis spicatis. Burm. zeyl. 199. t. 89.

Phaseolus zeylanicus arborescens monocarpos. Raj. supp. 438.

Arbor trifolia filiquosa farmentosa unicam continens fabam. Herm. mus. zeyl. 30.

Habitat in Zeylona.

HUGONIA (Myrtax) spinis oppositis revolutis. Linn. sp. 944. Fl. zeyl. 249.

Cerasus zeylanica farmentosa amara capreolata seu cornigera, cortice odo-re Cisti, seu violaceo. Herm. zeyl. 9. Burm. zeyl. 57.

Aegoceratos arbor zeylanica, Lauri fructu, cortice costum olente. Raj. dendr. 45.

Mystax frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato rotundo monopyreno. Raj. bist. 1570.

Cistus indicus Violæ Martiæ odore Herm. herb. ubi notatur. Cortex hujus arboris est amariſſimus & aromaticus, spirans odorem Iridis seu potius Violæ Martiæ, & usurpatur in urbe Goa loco Costi.

Nux vomica maderaspatana minima, spinis corniculatis. Petiv. herb.

Modira-canni. Rheed. mal. 2. p. 29. t. 19.

Habitat in India.

Differunt specimina in primis foliatura, Javanica foliis ovatis magnitudine Persici arboris, Zeylanica minoribus ovalibus cum acumine nigerimis, & quæ in Petiverij herbario occurrit, foliis est coriaceis instar foliorum Arbuti. uvæ ursi, omnibus spinis oppositis revolutis.

D O D E C A N D R I A.

PENTAPETES (phœnicea) foliis hastato-lanceolatis ferratis. Linn. sp. 958.

Mill. dict. t. 201.

Alcea indica lucido hastato folio, flore Blattariæ phœnicio. Plukn. pbyt. 255. f. 3. Raj. suppl. 523.

Blattaria zeylanica, flore amplio coccineo. Commel. H. Amst. 1. p. 11. t. 6. Burm. zeyl. 47.

Flos impius. Rumph. amb. 5. p. 288. t. 100. f. 1.

Siasmin. Rheed. mal. 10. p. 1. t. 1. quæ foliis cordatis, pedunculis elongatis. Boengha Haram Zadah. Javanis. D. Kleinbof.

Habitat in India.

PENTAPETES (suberifolia) foliis ovatis repandis. Linn. sp. 959. Fl. zeyl.

250. Amoen. acad. 1. p. 407.

Pterospermadendrum suberis folio anguloſo subtus incano, floribus albis. Amm. act. petrop. 8. p. 215. t. 14.

Arbor champacca suberis folio, fructu ligneo, feminibus alatis referto. Petiv. mus. n 349.

Welagha Cinghalensium. Herm. herb. & mus. zeyl. 3.

Habitat in India.

PEN.

16

PENTAPETES (*acerifolia*) foliis cordatis repandis. *Linn. sp.* 959.
Pterospermadendron folio *Aceris*, flore fructuque majore. *Amm. ad. petr.* 8.
p. 216. t. 16, 17.
 Habitat in India.

POLYANDRIA.

BOMBAX (*pentandrum*) floribus pentandris. *Linn. sp.* 959. *Fl. zeyl.* 220.
Bombax foliis digitatis, brachiis erecto-patentibus, *Brown. jam.* 277.
Xylon caule inermi. *Roy. lugdb.* 437. n. 1. *Linn. H. cliff.* 175.
Gossypium seu *xylon* arbor orientalis, digitatis foliis lœvibus, fructu quinquecapsulari alba & nitente lanagine farcto. *Pluken. phyt.* 172. t. 188. f. 4.
Eriophoros javana. *Rumph. amb.* 1. p. 194. t. 80.
Gossypium javanense, *salicis* folio. *Baub. pin.* 430.
Panja-panjala, *sive arbor lanigera* *Bontii*. *Rheed. mal.* 3. p. 59. t. 49, 50, 51.
 Habitat in utraque India.

BOMBAX (*ceiba*) floribus polyandris, foliis quinatis. *Linn. sp.* 959. *Jacq. amer.* 26.
Xylon foliis digitatis caule aculeato. *Linn. Fl. zeyl.* 221. *Roy. lugdb.* 437. n. 2.
Xylon & *Gossypium arboreum*, caule spinoso. *Tourn. inst.* 101. *Baub. pin.* 430.
Gossypium arboreum maximum spinosum, folio digitato, lana sericea
grisea. *Sloan. jum.* 2. p. 72.
Moul-elavou. *Rheed. mal.* 3. p. 61, t. 52.
 Habitat in Indiis.

BOMBAX (*conga*) floribus polyandris, foliis palmatis quinquelobis tomentosis.
Xylon foliis quinque lobis acuminatis subtus tomentosis. *Linn. Fl. zeyl.* 222.
Ketmia folio quinquefido subtus candicante, flore flavescente, semine
tomentoso. *Burm. zeyl.* 136.
Gossypium frutescens annuum, folio *vitis* ampliore quinquefido. *Pluken. alm.*
178. t. 188. f. 2.
Conga pomifera *crafftii* arbor, procera 30. pedum. *D. Ouguerden.*
 Habitat in India.

Caul. albicans scaber. *Fol.* peltata palmata quinqueloba (instar *Ricini*) tomentosa. *Flores*
jutei. *Cal.* pentaphyllus foliolis ovatis obtusis. *Cor.* pentapetala plana. *Stam.* pluri-
ma longitudine calycis. *Pist. germ.* subrotundum. *Styl.* longitudine itaminum. *Per.*
capula quinquelocularis; *Semina* plurima reniformia splendentia papposa.

SIDA (*spinosa*) foliis cordato-oblongis ferratis, stipulis setaceis, axillis
subspinosis. *Linn. sp.* 960. *Fl. zeyl.* 254. *Roy. lugdb.* 349. n. 6.

T

Al-

146 MONADELPHIA POLYANDRIA.

Alcea carpini folio americana frutescens, flosculis luteis, semine duplice rostro. *Commel H. Amst.* 1. p. 3. t. 2.

Althaea Carpini folio, flosculis luteis. *Bocc. sic.* 11. t. 2.

Althaea virginiana bidens pimpinellae majoris acutiore folio, floribus minimis luteis. *Plukn. alm.* 25. t. 9. f. 6.

Alcea utriusque Indiae carpini folio, semine duplice arista donato. *Boerb. lugdb.* 1. p. 271.

Malva ulmifolia, semine cum duplice rostro. *Tourn. inf.* 96.

Silagoeri panjang. Javanis.

Habitat in utraque India.

SIDA (alba) foliis cordatis subrotundis, stipulis setaceis, axillis subtrispinosis. *Linn. sp.* 960.

Malva bicornis sanguisorbae folio villoso & glabro. *Dill. H. elth.* 214. t. 171. f. 210.

Malva indica, foliis subrotundis. *Tourn. inf.* 96.

Althaea rostrata cormandelensis, Pimpinellae majoris folio subrotundo, semine bicorni. *Plukn. alm.* 26. t. 9. f. 3.

Habitat in India.

SIDA (rhombifolia) foliis lanceolato-rhomboidibus ferratis, axillis subspinosis. *Linn. sp.* 961. *Fl. zeyl.* 252. *Gron. virg.* 101. *Roy. lugdb.* 349. n. 5.

Malvinda unicornis, folio Rhomboide perennis. *Dill. H. elth.* 216. t. 172. f. 212.

α *Althaea carpini folio, flosculis minimis.* *Bocc. sic.* 11. t. 6. f. 2.

Alcea utriusque Indiae carpini folio, semine simplici arista donato. *Boerb. lugdb.* 1. p. 270.

β *Althaea indica minima Bæwila zeylanensis.* *Burm. zeyl.* 15.

Crescit in utraque India.

SIDA (alnifolia) foliis orbiculatis plicatis ferratis. *Linn. sp.* 961. *Fl.* 253. *Roy. lugdb.* 349. n. 7.

Malvinda stellata alnifolia. *Dill. elth.* 215. t. 172. f. 211. *Burm. zeyl.* 150.

β *Malva indica, folio cordiformi.* *Tourn. inf.* 96.

Alcea zeylanica, folio latiore cordiformi. *Herm. lugdb.* 12.

Habitat in India.

SIDA (retusa) foliis cuneiformibus retusis ferratis subtus tomentosis. *Linn. sp.* 961.

Althaea indica latiori folio cordiformi ad summum sinuato. *Plukn. alm.* 26. t. 9. f. 2.

Silaguirum. *Rumph. amb.* 6. p. 44. t. 19.

Kurundoti. *Rheed. mal.* 10. p. 35. t. 18.

Silagoeri. parum paon Javanis.

Habitat in India.

SI-

MONADELPHIA POLYANDRIA. 147

SIDA (acuta) foliis lanceolatis serratis, stipulis setaceis, floribus axillari-
bus solitariis.

Althaea cormandeliana angustis prælongis foliis, semine bicorni. *Pluken.
mant.* 10. t. 374 f. 2.

Silagurium angutitohum. *Rumph. amb.* 6. p. 45. t. 18. f. 2.

Tjeru parua. *Rheed. mal.* 10. p. 105. t. 53.

Habitat in India.

Rami stricti glabri. *Fol.* alterna patentiuscula petiolata ovato-oblonga acuta. *Stipule* linearie-lanceolatae setaceæ petiolis longiores, *Flores* axillares solitarii pedunculati, brac-
teis ovatis.

SIDA (cordifolia) foliis cordatis subangulatis serratis villosis. *Linn. sp.* 961.

Malvinda bicornis, ballotes folio molli. *Dill. H. elth.* 211. t. 171. f. 209.

Burm. zeyl. 149.

Althaea madera spatana subrotundo folio molli & hirsuto multipilis, seu se-
minibus ad apicem crinitis. *Pluken.* 25. t. 131. f. 2.

Alcea indica, molli & lanuginoso folio, seminibus dupliqui & nonnunquam
triplici aristâ donatis. *Herm. zeyl.* 2.

Malva foliis cordatis crenatis villosis, floribus lateralibus congestis. *Linn.
Fl. zeyl.* 255.

Alcea indica minor, semine leviter cristato. *Herm. zeyl.* 42.

Katu-uren. *Rheed. mal.* 10. p. 107. t. 54.

Habitat in India.

SIDA (periplocifolia) foliis oblongis integerrimis, caule paniculato. *Linn.
sp.* 962. *Fl. zeyl.* 251. *Roy. lugdb.* 349. n. 2.

Sida erecta glabra, foliis cordatis acuminatis integris subtus incanis, pe-
dunculis longissimis tenuissimis. *Brown. jam.* 280.

Abutilon periplocæ angustioris folio, fructu stellato. *Dill. H. elth.* 4. t. 3. f.
3. *Burm. zeyl.* 2.

Alcea orientalis scammoniae folio major, floribus albis. *Pluken. alm.* 17. t.
74. f. 7.

Althaea scammoniae folio, flosculis albis zeylanica *Herm. prodr.* 309.

Abutilon ampissimo folio, caule villoso. *Plum. sp.* 2. ic. 3.

Habitat in Zeylona, Java, & America.

SIDA (Abutilon) foliis subrotundo-cordatis indivisis, pecundulis folio bre-
vioribus, capsulis multilocularibus, corniculis bifidis. *Linn. sp.* 963. *Roy.
lugdb.* 349. n. 9. *Gron. virg.* 78.

Althaea Theophrasti, flore luteo. *Bauh pin.* 316.

Abutilon Avicennæ. *Burm. zeyl.* 1.

Abutilon indicum, flore luteo. *Breyn prodr.* 1. p. 1.

Alcea indica, Abutilon dicta, pericarpio membranaceo orbiculari com-
presso, vertice corniculis extus coronato, intus decem aut duodecim
loculamentis diviso. *Pluken. alm.* 17.

148 MONADELPHIA POLYANDRIA.

Althaea altera S. *Abutilon*. *Camer. epit.* 668.

Habitat in Indiis.

SIDA (asiatica) foliis cordatis indivisis, stipulis reflexis, pedunculis longioribus, capsulis multilocularibus hirsutis, calyce brevioribus. *Linn.* sp. 964.

Abutilon indicum, flore luteo minore. *Linn. Fl. zeyl.* 520. *Breyn. prodr.* 2. p. 1. *Burm. zeyl.* 1.

Alcea affinis *indica*, *Abutilon dicta*, flore parvo flavo, foliis mollibus profunde venosis, filiculis lanuginosiss. *Pluken. phyt.* 17. t. 126. f. 5.

Alcea populi folio villoso leviter ferrato. *Sloan jam.* 98.

Watta Toety. *Incolis.*

Habilat in Indiis.

In loco natali in proceram altitudinem excrescit. *Herm. herb.*

SIDA (indica) foliis cordatis sublobatis, stipulis reflexis, pedunculis longioribus, capsulis multilocularibus scabris, calyce longioribus. *Linn.* sp. 964.

Abutilon indicum. *Camer. hort* 3. t. 1. *Baub. bist.* 2. p. 959. *Moris. bist.* 2. p. 531. f. 5. t. 19. f. 4.

Abutilon indicum, foliis profunde incisis. *Burm. zeyl.* 2.

Althaea theophrasti similis. *Baub. pin.* 346.

Habitat in India.

SIDA (racemosa) foliis cordatis crenatis villosis, racemis axillaribus multifloris.

Caul. teretes villosi. *Fol.* alterna magna cordata crenata acuminata, e cinereo-tomentosa. *Petiolis* longissimis. *Pedunc.* axillares erecti scutuli subdichotomi, ramulis divaricatis. *Flor.* terminales plures minores lutei.

Tab. 47. SIDA (perfida) foliis inferioribus petiolatis cordatis acuminatis, superioribus sessilibus lanceolatis dentatis, pedunculis solitariis unifloris.

Abutilon. Garzin. herb.

Habitat in Persia.

Rami stricti teretes glabri. *Fol.* inferiora petiolata magna cordata acuminata glabra lucida profunde dentata, superiora sessilia tomentosa lanceolata denticulo uno & altero ad basin, apice integerima. *Flor.* axillares solitarii, terminales bini, *bracteis* setaceis. *Calyces* tomentosi. *Corolla* lutea.

MALVA (tomentosa) foliis cordatis crenatis tomentosis, floribus lateralibus congestis, caule fruticoso. *Linn. sp.* 967. ubi descr. *Fl. zeyl.* 255. *Roy. lugdb.* 357. n. 8.

Althaea orientalis bidens, subrotundis foliis, floribus parvis luteis. *Pluken. amalib.* II. t. 356 f. 1.

Habitat in India.

MAL.

T. 47.

1. *SIDA persica*.2. *HIBISCUS panduriformis*.

P. 148.



T. 47.

1. *SIDA persica*.2. *HIBISCUS panduriformis*.



MONADELPHIA POLYANDRIA. 149

MALVA (gangetica) foliis cordatis obtusis scabris, floribus sessilibus glo-
meratis, arillis dentis mucicis crenulatis. *Linn. sp.* 967.

Althaea indica, Abutili subrotundo folio, flore luteo spicato. *Plukn. phyt.*
24. t. 74. f. 6.

Habitat in India.

MALVA (verticillata) caule erecto, foliis angulatis, floribus axillaribus
glomeratis sessilibus, calycibus scabris. *Linn. sp.* 970. *Roy. lugdb.* 356.

Malva sinensis erecta, flosculis albis minimis. *Boerb. lugdb.* 1. p. 268.

Malva annua rotundifolia, floribus omnium minimis albis pentaphyllis
verticillatim genicula ambientibus. *Meris. bijt.* 2. p. 521. *Raj. bijt.* 598.

Habitat in China.

ALCÆA (indica) caule suffruticoso, foliis cordatis trilobis acuminatis cre-
nulatis tomentosis, pedunculis unifloris.

Malva arborea *indica*. D. v. Santen.

Habitat in Java.

Caul. erectus striatus tomentosus cicatriculatus fungosus, *Fol.* cordata triloba, lobis acu-
minatis e cinereo subtilis tomentosa, *pétiolis* foliis longioribus. *Fl.* terminales magni lu-
tei. *Cal. per.* exterius sexpartitum ad basin usque divisum, lacinia lanceolatis, interius
quinquefidum majus, lacinia ovatis acuminatis.

URENA (lobata) foliis angulatis subtus tomentosis. *Linn. sp.* 974. *Fl. zeyl.*
256. *Roy. lugdb.* 358.

Urena sinica xanthii facie. *Dill. elth.* 340. t. 319. f. 412.

Trifolio ad finis indiæ orientalis xanthii facie. *Breyn. cent.* 82. t. 35.

Malvinda foliis dentatis subtus incanis. D. *Pryon.*

Alcea indica, floribus roseis parvis, fructibus parvis quinquepartitis his-
pidis lappaceis. *Herm. zeyl.* 8. *Burm. zeyl.* 9.

Lappago amboinica. *Rumph. amb.* 6. p. 59. t. 25. f. 2..

Uren. *Rheed. mal.* 10. p. 3. t. 2.

Habitat in variis Indiæ locis.

URENA (sinuata) foliis sinuato-palmatis, siñubus obtusis. *Linn. sp.* 974.
Fl. zeyl. 257.

Alcea indica frutescens, foliis in lacinias varie dissectis. *Plukn. alm.* 15. t.
74. f. 1. & t. 5. f. 3. foliis ad marginem exasperatis bryoniæ albæ di-
visuris.

Malvinda foliis inferioribus multifidis, superioribus incisis, flore solitario.
Burm. zeyl. 150. t. 69. f. 2.

Alcea floribus roseis parvis, fructu lappaceo quinquepartito, foliis pro-
funde laciniatis. *Herm. zeyl.* 63.

Malvinda flore solitario, foliis varie dissectis, quo magis ad infercora eo
lerioribus & maxime laciniatis. *Populoan.* *Malaice.* D. *Pryon.*

Habitat in India.

150 MONADELPHIA POLYANDRIA.

URENA (*procumbens*) foliis hastato subcordatis indivisis serratis, caule procumbente. *Linn. sp. 975.* ubi descr.

Habitat in China.

GOSSYPIUM (*herbaceum*) foliis quinquelobis, caule herbaceo lævi. *Linn. sp. 975.* *Roy. lugdb. 359.*

Gossypium frutescens, semine albo. *Baub. p. n. 430.*

Gossypium. *Rumph. amb. 4. p. 33. t. 12. & 13. ß. cujus lobi longiores, folia- que profunde divisa.*

Habitat in utrisque Indiis.

GOSSYPIUM (*arboreum*) foliis palmatis, lobis lanceolatis, caule fruticoso. *Linn. sp. 975.* *Roy. lugdb. 359.*

Gossypium latifolium. *Rumph. amb. 4. p. 37. t. 13.*

Gossypium herbaceum, seu xylon maderaspatense, rubicundo flore, pentaphyllum. *Plukn. alm. 172. t. 188. f. 3.*

Cudupariti. *Rheed. mal. 1. p. 55. t. 31.*

Ceiba Javanis.

Habitat in India.

HIBISCUS (*populeus*) foliis cordatis integerrimis, caule arboreo, calycum exteriore truncato. *Linn. sp. 979.* *Fl zeyl. 258.*

Ketmia indica Populi folio, fructu orbiculato compresso. *Tourn. inst. 110.* *Burm. zeyl. 136.*

Althaea arborea indica, Populi folio, flore ephemero. *Herm. lugdb. 22.*

Alcea arborea maxima, Populi folio, flore majore flavescente. *Breyne. prodr. 2. p. 10. malbariensis. Raj bijt 1069.*

Novella littorea. *Rumph. amb. 2. p. 244. t. 74.*

Bupariti. *Rheed. mal. 1. p. 51. t. 29.*

Habitat in India.

HIBISCUS (*tiliaceus*) foliis cordatis subrotundis indivisis acuminatis cre- natis, caule arboreo, calycum exteriore decem crenato. *Linn. sp. 976.* *Fl. zeyl. 259. Roy. lugdb. 532.*

Malva arborea maritima, folio subrotundo minore acuminato, subtus can- dido cortice in funes duæili. *Sloan jam. 1. p. 215. t. 134. f. 4.*

Ketmia zeylanica sempervirens & florens tiliæ folio, flore luteo. *Burm. zeyl. 136.*

Alcea indica sinarum, flore luteo malvaceo. *Plukn. amalb. 6. t. 355. f. 5.*

Alcea malabarica, Aburili folio, flore minore ex albo flavescente exterius adsperso. *Raj. bijt. 1070.*

Novella. *Rumph. amb. 2. p. 218. t. 73.*

Pariti. Seu Tali-Pariti. *Rheed. mal. 1. p. 53. t. 30.*

Condang waru Javanis.

Habitat in India utraque.

Caule & Fl. in plerisque specimibus tomentosa. Stipulae & bractæ ovatae, semiamplexi- caules.

MONADELPHIA POLYANDRIA. 151

HIBISCUS (*panduriformis*) foliis cordato-lanceolatis denticulatis tomentosis, caule hirtus. *Tab. 47.*
f. 2.

Ketmia folio hastato subtus incano. *Garcin herb.*

Caul. herbaceus, pilis hirtus. *Fol.* alterna petiolata cordato lanceolata denticulata tomentosa. *Fl.* pedunculati axillares. *Cal.* perianth. exterius octophyllum, foliolis linearioribus, *pilis* pellucentibus tomentosis, interius ad basin quinquefidum, foliolis ovalibus longioribus. *Corolla* sulphurea ad ungues maculis purpurascensibus.

HIBISCUS (*simplex*) foliis cordatis trilobis repandis integerrimis. *Linn.*
sp. 977.

Malva arborea, folio subrotundo, flore liliaceo. *Sloan. jam. 1. p. 95. t. 134.*
f. 1, 2, 3?

Pannuara fonti coromandeli incolis *D. Outgaerden*, quæ foliis ferratis tomentosis.

Habitat in Asia.

HIBISCUS (*Rosa sinensis*) foliis ovatis accuminatis ferratis glabris, caule arboreo. *Linn. sp. 977. Fl. zeyl. 260.*

Alcea javanica arborescens, flore pleno rubicundo. *Breyn. cent. 121. t. 56.*

Ketmia sinensis, fructu subrotundo, flore pleno. *Tourn. inst. 100. Burm. zeyl. 233.*

Althaea arborea, Rosa sinensis dicta, flore multiplici. *Herm. lugdb. 22.*

Flos festivalis. *Rumph. amb. 4. p. 24. t. 8.*

Schem-pariti. *Rheed. mal. 1. 25. t. 17.*

Campang sappadoe vel waribang. Javanis.

Habitat in India.

HIBISCUS (*hirtus*) foliis lanceolato-ovatis acuminatis ferratis, ramis scabris, caule herbaceo. *Linn. sp. 77. ubi descr.*

Alcea fruticosa malabariensis, angustis foliis rigidiusculis, floribus amoena rubellis, semine papposo. *Pluken. alm. 14. t. 254. f. 3.*

Habitat in India.

Javanicae plantæ *Fol.* latiora quam in *Pluken.* fig. *Flor.* amoene rubri, triplo minores quam in *Rosa sinensi.*

HIBISCUS (*mutabilis*) foliis cordato-quinquangularibus obsolete ferratis, caule arboreo. *Linn. sp. 977. Roy. lugdb. 358. n. 3.*

Althaea arborea, Rosa sinensis dicta. *Moris. hist. 2. p. 530. f. 5. t. 18. f. 2.*

Rosa sinensis. *Ferr. flor. 493. t. 497. Merian. sur. 31. t. 31.*

Flos horarius. *Rumph. amb. 4. p. 27. t. 9.*

Hina paretti. *Rheed. mal. 6. p. 66. t. 38. 39. 40. 41.*

Habitat in Indiis.

152 MONADELPHIA POLYANDRIA.

HIBISCUS (*ficulneus*) foliis quinquefido palmatis, caule aculeato, floribus pedunculatis. *Linn. sp.* 978. *Fl. zeyl.* 263. *Roy. lugdb.* 359. n. 7
Ketmia zeylanica, Fici folio, perianthio oblongo integro. *Dill. elth.* 190.
t. 157. f. 190. Burm. zeyl. 137.
Habitat in Zeylona.

HIBISCUS (*sabdariffa*) foliis serratis, inferioribus ovatis indivisis, superioribus tripartitis, caule inermi, floribus sessilibus. *Linn. sp.* 978. *Fl. zeyl.* 262. *Roy. lugdb.* 359. n. 6.

Alcea acetosa indica mitis, foliis superioribus goffypii in modum tripartitodivisis. *Pluken. alm.* 15. *t. 6. f. 2.*

Ketmia vel Althaea indica Goffypii folio, Acetosæ sapore. Tourn. inst. 100.
Burm. zeyl. 135. *Raj. hist.* 1900.

Habitat in Indiis.

HIBISCUS (*cannabinus*) foliis serratis, superioribus palmatis quinquepartitis subtus uniglandulosis, caule aculeato, floribus sessilibus. *Linn. sp.* 979. ubi descr.

Alcea benghalensis spinosissima, Acetosæ sapore, flore luteo pallido, umbone purpurascente. *Commel. H. amst.* 1 *t. 18.*

Ketmia indica, foliis digitatis, flore magno sulphureo, umbone atro-purpureo, petiolis spinosis. *Ehret. t. 6. f. 1.*

Ketmia indica, Cannabis foliis Bangue dicta. *Burm. zeyl.* 134.

Habitat in India.

HIBISCUS (*surattensis*) recurvato-aculeatus, foliis trilobis, calycibus exterioribus appendiculatis, stipulis semicordatis, floribus pedunculatis. *Linn. sp.* 979. ubi descr.

Herba Crinalium. *Rumph. amb.* 4. *p. 40. t. 16.* Katnat Javanis.

Ketmia indica spinulosa profunde laciniata, Acetosæ sapore. *Burm. zeyl.* 134. *β Hibiscus* foliis palmato-digitatis quinquepartitis, laciniis lanceolatis, caule aculeato. *Linn. Fl. zeyl.* 264.

Alcea spinosa maderaspatana, saporis acidi, foliis profunde laciniatis canabis in modum pentapyllæa. *Pluken. alm.* 15. *t. 5. f. 4.*

Narinam puli. *Rheed mal.* 6. *p. 75 t. 44.*

Caadtu Malligei. Coromandeli Incolis. Castoeri Javanis.

Habitat in India.

HIBISCUS (*manihot*) foliis palmato-digitatis septempartitis. *Linn. sp.* 980. *Ketmia* folio manihot ferrato, flore amplio sulphureo. *Dill. elth.* 189. *t. 156. f. 189.*

Alcea tinica, manihot stellato folio, capsula longa pilosa pyramidata, quinquefariam divisa. *Pluken. amalb.* 7. *t. 355. f. 2.*

Habitat in India.

MONADELPHIA POLYANDRIA. 153

HIBISCUS (*Abelmoschus*) foliis subpeltato-cordatis septem angulatibus ser.
ratis hispidis. *Linn. sp.* 980. *Fl. zeyl.* 261. *Roy. lugdb.* 358. n. 4.

Alcea hirsuta, flore flavo, semine moschato. *Marcgr. bras.* 45. t. 45.

Ketmia ægyptia, semine moschato. *Tourn. inst.* 100. *Burm. zeyl.* 134.

Alcea ægyptia villosa. *Baib. pin.* 317.

Flos moschatus. *Merian. surin.* 42. t. 42.

Granum moschatum. *Rumph. amb.* 4. p. 38. t. 15.

Catta-gasturi. *Rheed. mal.* 2. p. 71. t. 38.

Castoeri malaice, *gandapoera Javanice*.

Habitat in India.

HIBISCUS (*esculentus*) foliis quinquepartito-pedatis, calycibus interioribus
latere rumpentibus. *Linn. sp.* 980.

Alcea americana annua, flore flavo maximo, fructu pyramidato sulcato.

Commel. H. amst. 1. p. 37. t. 19. *Raj. suppl.* 518.

Alcea maxima malvae roseæ folio, fructu decagono recto crassiore breviore
esculentu. *Schan. bijt. jam.* 1. p. 223. t. 133. f. 3.

Okra. *Kalm. it.* 2. p. 209. *Quingambo*. *Marcgr. bras.* 31.

Habitat in Indiis.

HIBISCUS (*vitifolius*) foliis quinqueangularibus acutis ferratis, caule iner-
mi, floribus pendulis. *Linn. sp.* 980. *Fl. zeyl.* 265.

Althæa indica vitis folio, flore flavo pendente. *Herm. lugdb.* 26. t. 28.
unguis ex atro purpureo holosericis. *Herm. herb.*

Ketmia indica vitis folio, flore ampio flavo. *Burm. zeyl.* 137.

Alcea indica vitis folio, flore ampio flavescente, quinis ad singulos flores
thespis. *Plukn. alm.* 15.

Katu-beloeren. *Rheed. mal.* 6. p. 79. t. 46.

Habitat in India.

HIBISCUS (*zeylanicus*) foliis cordato-hastatis, pedunculis alternis unifloris
geniculatis. *Linn. sp.* 981. *Fl. zeyl.* 266.

Tulla Poundon Coromandeli incolis.

β *Ketmia zeylanica urens pilosa annua*, flore sulphureo, umbone atro-pur-
pureo. *Seb. thes.* 2. t. 18. f. 3. *Burm. zeyl.* 137.

Habitat in Zeylona.

Caul. suffruticosus teres, *pilis brevibus rufescens*. *Fol. cordato-hastata* sive *triloba*,
lobo medio productiori, lateralibus erectisculis denticulatis. *Pedunc.* erecti pollicares
infra florem geniculati *bracteis* brevissimis. *Calyx* exterior persistens, *petiis* decim filiformi-
bus erectis, *germen* involventibus; interior brevissimus quinquedentatus, *Cor. lutea*,
Calyce exteriore longior.

CAMELLIA (*japonica*). *Linn. sp.* 282.

Tsubakki montanus f. *sylvestris*, flore roseo simplici. *Kampf. amoen.* 850.
t. 851. ♂ β. 852.

Rosi chinensis. *Edw. av.* 2. p. 67. t. 67.

Habitat in Japonia & China.

154 DIADELPHIA OCTANDRIA.

POLYGALA (*chinensis*) floribus imberibus spicatis axillaribus, caule fruticoso, foliis ovalibus. *Linn. sp. 989.* ubi descr.

Polygala arborea, foliis lanceolato-ovatis, capsulis compressis bilobis ultra medium divisis. *Brown. jam. 287.*

Habitat in Indiis.

POLYGALA (*glaucoidea*) floribus imberibus, pedunculis multifloris lateribūs, caulis diffusis herbaceis, foliis acutis. *Linn. sp. 991. Fl. zeyl. 270.*

Alsine glaucis marinæ folio. *Herm. zeyl. 33. Burm. zeyl. 13.*

Habitat in Zeylona.

POLYGALA (*triflora*) floribus imberibus, pedunculis subtrifloris, caule herbaceo erecto, foliis linearibus alternis. *Linn. sp. 991. Fl. zeyl. 269.*

Linaria minima zeylanica. *Herm. zeyl. 31. Burm. zeyl. 143.*

Habitat in Zeylona.

POLYGALA (*ciliata*) floribus imberibus, capsulis ciliato-dentatis, caule herbaceo erecto. *Linn. sp. 991. Fl. zeyl. 268.*

Habitat in India.

POLYGALA (*Thea*) floribus imberibus, pedunculis unifloris, caule fruticoso, foliis alternis linear-oblongis.

Polygala frutescens, Lavandulæ folio viridi, flore cæruleo. *Burm. zeyl. 195. t. 85.*

Polygala zeylanica Rosmarini folio, flore cæruleo. *Hartogh. herb.*

Thea spuria japonica. *D. Kleinb.*

β Kimalela Javanis, quæ foliis ovalibus triplo majoribus.

Javanica sub nomine Theæ missa optime quadrat cum citata *Theæ. zeyl.* figura, nisi quod minor & tenerior sit.

DECANDRIA.

ERYTHRINA (*Corallodendron orientale*) foliis ternatis inermibus, caule arboreo aculeato. *Linn. sp. 992. Fl. zeyl. 275. Roy. lugdb. 373. n. 1.*

Corallodendrum triphyllum americanum spinosum, flore ruberrimo. *Tourn. inst. 661. Burm. zeyl. 74.*

Gelala littorea. *Rumph. amb. 2. p. 230. t. 76.*

Mouricou. *Rheed. mal. 6. p. 13. t. 7.*

Habitat in Indiis.

ERYTHRINA (*picta*) foliis ternatis aculeatis, caule arboreo aculeato. *Linn. sp. 993.*

Gelala alba. *Rumph. amb. 2. p. 234. t. 77.*

Habitat in Amboina.

17

DIADELPHIA DECANDRIA. 155

ASPHALATHUS (*indica*) foliis quinatis sessilibus, pedunculis unifloris.

Linn. sp. 1001.

Genista. Linn. Fl. zeyl. 271.

Lotus tenuifolius maderaspatanus, siliqua singulari glabra. Plukn. alm. 225.

t. 201. f. 2.

Dorycnium zeylanicum, folio minutissimo. Burm. zeyl. 89.

Dorycnium indicum, floribus singularibus rubris in pedicello oblongis, sili- quis perexiguis. Raj. suppl. 471.

Manelli. Rheed. mal. 9. p. 69. t. 37.

Habitat in India.

ASPHALATHUS (*persica*) foliis bijugis sessilibus, stipulis integerrimis, floribus lateralibus sessilibus.

Dorycnium persicum incanum. Garcin. herb.

β Tsjovanna manilla. Rheed. mal. 9. p. 71. t. 38.

Habitat in Persia & Malabarria.

Planta lucida. Caul. herbacei glaberrimi, ramulis simplicibus. Fol. sessilia quaterna sive bijuga obovalia integerrima. Flor. axillares solitarii vel bini. Calyces albicantes, longitudine fere corolla, persistentes. Legum. plana nigricantia.

CROTALARIA (*chinensis*) foliis simplicibus ovatis subpetiolatis, stipulis minutissimis. *Linn. sp. 1003. ubi descr.*

Habitat in China.

CROTALARIA (*junccea*) foliis simplicibus lanceolatis petiolato-sessilibus, caule striato. *Linn. sp. 1004. Roy. lugdb. 374. n. 3. Trew. ebret. t. 47.*

Crotalaria benghalensis, foliis genistae hirsutis. Plukn. alm. 122. t. 169. f. 5.

Crotalaria malabarica sylvestris, foliis singularibus majoribus, floribus luteis. Raj. hist. 3. p. 464.

Crotalaria malabarica salicis folio. Garcin. herb.

Tandela-cotti. Rheed. mal. 9. p. 47. t. 26.

Habitat in India.

CROTALARIA (*retusa*) foliis simplicibus oblongis cuneiformibus retusis.

Linn. sp. 1004. ubi descr. Fl. zeyl. 276.

Crotalaria asiarica, floribus luteis, folio singulari cordiformi. Herm. lugdb. 200. t. 201. Burm. zeyl. 80.

Genistella indica major, salicis folio glabro obtuso cordiformi, flore luteo minore. Breyu. prodr. 2. p. 50.

Crotalaria benghalensis, ex eujus viminibus fila & vela conficiuntur. Garcin. herb.

Crotalaria major. Rumph amb. 5. p. 278. t. 96. f. 1.

Tandale-cotti. Rheed. mal. 9. p. 45. t. 25.

Habitat in India.

156 DIADELPHIA DECANDRIA.

CROTALARIA (*sessiflora*) foliis simplicibus lanceolatis subsessilibus, floribus sessilibus lateralibus, caule æquali. *Linn. sp. 1004.* ubi descr.
Habitat in China.

Tab. 48. CROTALARIA (sericea) foliis simplicibus ovalibus subsessilibus tomentosis, floribus spicatis terminalibus.
f. 1.

Crotalaria Genistæ folio & siliqua ferruginea, Janachidde Malabarorum.

Plu. mant. 58. Raj. hist. 3. p. 464.

Habitat in India.

Rami simplices striati. Fol. alterna simplicia subpetiolata ovalia cum acumine subtus sericea. Spica terminalis, bracteis linearibus setaceis. Flores lutei.

Tab. 48. CROTALARIA (nana) foliis simplicibus oblongis subsessilibus glabris, pedunculis lateralibus trifloris.
f. 2.

Crotalaria minor benghalensis, flore luteo. *Raj. hist. 3. p. 464.*

Crotalaria malabarica. *Garcin. herb.*

Habitat in India.

Rad. fibrosa. Caul. herbacei palmares erectiusculi simplicissimi. Folia alterna subpetiolata oblonga obtusa. Pedunculi axillares triflori, bracteis lanceolatis. Cal. pilosi patentes. Legum. obtusa minima.

CROTALARIA (*verrucosa*) foliis simplicibus ovatis, stipulis lunatis declinatis, ramis tetragonis. *Linn. sp. 1005. Fl. zeyl. 277.*

Crotalaria foliis solitariis ovatis acutis, caule sulcato. *Burm. zeyl. 81. t. 34.*

Crotalaria asiatica, folio singulari verrucoso, floribus cæruleis. *Herm. lugdb. 199. t. 199. Raj. hist. 1893.*

Genista indica rotundifolia spicata cærulea, siliquis hirsutis bullatis. *Herm. zeyl. 65.*

Genistella major indica, Alpi folio, flore cæruleo spicato. *Breyn. prod. 2. p. 67.*

Pee-tandale-cotti. *Rheed. mal. 9. p. 53. t. 29.*

Habitat in India.

Variat foliis obtusis & acuminatis, stipulis lunatis & lanceolatis in eadem planta, leguminibus glabris & villosis.

CROTALARIA (*laburnifolia*) foliis ternatis ovatis acuminatis, stipulis nullis, leguminibus pedicellatis. *Linn. sp. 1005. Fl. zeyl. 278.*

Crotalaria asiatica frutescens, floribus luteis amplis, trifolia. *Herm. lugdb. 196. t. 197. siliquis bullatis. herb. Herm.*

Anonis asiatica frutescens. *Tourn. inst. 409. Burm. zeyl. 21.*

Nella-tandale cotti. *Rheed. mal. 9. p. 49. t. 27.*

Habitat in Zeylona & Malabara.

CRO-

1. *CROTALARIA sericea*.2. *CROTALARIA nana*.3. *HIBISCUS zeylanicus*.

1. *CROTALARIA sericea*.2. *CROTALARIA nana*.3. *HIBISCUS zeylanicus*.



1. *ONONIS persica*.
 2. *PSORALEA oxytropis*.
 3. *LOTUS persicus*.



1. *ONONIS persica*.
 2. *PSORALEA corylifolia*.
 3. *LOTUS persicus*.

CROTALARIA (*quinquefolia*) foliis quinatis. *Linn. sp.* 1006.

Crotalaria pentaphylla, siliquis latis valde tumidis. *Raj. bīṣṭ. 3. p.* 465.

Crotalaria pentaphylloides maderaspatana, floribus luteis. *Pluken. alm.* 122.

Lupinus folio trifido & quinquefido. *D. Kleinhof.*

Wellia-tandale-cotti. *Rheed. mal. 9. p* 51. *t.* 28.

Habitat in India.

Diffr. foliis ternatis, floribus rarioribus.

ONONIS (*persica*) stipulis integerrimis lanceolatis, foliis ternis cuneifor. *Tab. 43.*
mibus apice tridentatis, spica foliosa terminali. *f. 1.*

Anonis non spinosa purpurascens minor. *Barr. icon.* 354. quæ major.

Anonis persica, flore luteo. *Garcin. herb.*

Habitat in Persia.

Caul. vix palmaris procumbens, *ramulis* diffusis. *Foliola* subpetiolata cuneiformia, *api-*
cibus tridentatis. *Stipulae* & *bracteæ* lanceolatae semiamplexicaules. *Spica* foliosa ter-
minalis, fasciculis alternis.

LUPINUS (*javanicus*) florescentia subspicata, calycibus alternis inappen-
diculatis, labio superiore bipartito, inferiori trifido.

Lupinus indicus, angustissimo folio. *Herm. lugdb.* 386.

Habitat in Java.

Caul. striati glabri. *Fol.* quina petiolis duplo longioribus, foliola linearia apice obtusius-
culo, basi angustiore, glaberrima. *Spica* terminalis alterniflora, *bracteis* lanceolatis ap-
pendiculatis. *Ped.* longitudine bractearum erectiunculi. *Calyx.* quinquefidus, labio su-
periori majori cretiusculo bipartito, inferiori trifido. *Cor.* purpurascens magna; inter
hirsutum & perennem locum meretur, quibus adfinis.

PHASEOLUS (*coccineus*) volubilis, floribus racemosis geminis, bracteis
calyce brevioribus, leguminibus pendulis. *Linn. sp.* 1016.

Phaseolus indicus, flore coccineo seu puniceo. *Moris. bīṣṭ. 2. p.* 69.

Phaseolus puniceo flore. *Cornut. canad.* 184.

Habitat in Indiis.

PHASEOLUS (*lunatus*) volubilis, leguminibus acinaciformibus sublunatis
laevibus. *Linn. sp.* 1016.

Phaseolus benghalensis scandens, siliqua acinaciformi, semine ovato com-
presso striato. *Berg. viadr.* 99.

Habitat in Bengala.

PHASEOLUS (*farinosus*) volubilis, pedunculis subcapitatis, seminibus
tetragono-cylindricis pulverulentis. *Linn. sp.* 1016.

Phaseolus peregrinus, flore roseo, semine tomentoso. *Niss. act. 1730. p.*
577. t. 42.

Phaseolus indicus, hederæ folio angulo, semine oblongo lanuginoso.
Raj. suppl. 308.

Baniream Javanis.

Habitat in India.

158 DIADELPHIA DECANDRIA.

PHASEOLUS (*caracalla*) *volubilis*, vexillis carinaque spiraliter convolutis.

Linn. sp. 1017. Roy. lugdb. 367. n. 2.

Phaseolus indicus, cochleato flore. Triumf. obf. 93. t. 94. Raj. bist. 1890.
Habitat in Indiis.

PHASEOLUS (*nanus*) *caule teretiusculo lœvi, bracteis calyce majoribus,*
leguminibus pendulis compressis rugosis. Linn. sp. 1017.

Phaseolus vulgaris italicus humilis s. minor albus cum orbita nigricante. J.
Baub. bist. 2. p. 358.

Smilax siliqua sursum ringente, sive Phaseolus parvus italicus. Baub. pin. 339.
Habitat in India.

PHASEOLUS (*radiatus*) *caule erecto tereti, floribus capitatis, leguminibus cylindricis horizontalibus. Linn. sp. 1018. act. Holm. 1742. p. 202. t.*
7. f. 2. Fl. zeyl. 281.

Phaseolus zeylanicus, siliquis radiatim digestis. Dill. elth. 315. t. 235. f. 309.
Burm. zeyl. 192.

Habitat in Zeylona.

PHASEOLUS (*max*) *caule erecto angulofo hispido, leguminibus pendulis hirtis. Linn. sp. 1018. Fl. zeyl. 280. Roy. lugdb. 367. n. 1.*

Phaseolus orthocaulis, Mungo Persarum, Turcarum masc, Hispanorum max. Hernand. mexic. 887.

Phaseolus erectus, caule & folio rigido, flore pallide luteo, siliqua crassa ampla. Burm. zeyl. 190.

Fructus niger, Coriandro similis. Baub. pin. 413.

Cadelium. Rumph. amb. 5. p. 388. t. 140.

Habitat in India.

PHASEOSUS (*sphaerospermos*) *caule erecto, seminibus globosis, hilo tincto. Linn. sp. 1018.*

Phaseolus erectus minor, semine sphærico albido, hilo nigro. Sloan. bist. jam.
1. p. 185. t. 117. f. 1. 2. 3.

Phaseolus indicus, fructu stricto albo minore nigra macula. Plukn. alm. 290.
Habitat in Indiis.

DOLICHOS (*sinensis*) *volubilis, pedunculis multifloris erectis, leguminibus pendulis cylindricis torulosis. Linn. sp. 1018.*

Dolichos sinensis. Rumph. amb. 5. p. 375. t. 134.

Habitat in Sina.

DOLICHOS (*unguiculatus*) *volubilis, leguminibus capitatis subcylindraceis, apice recurvo concavo. Linn. sp. 1019.*

Cacara nigra. Rumph. amb. 5. p. 381. t. 138.

Habitat in Amboinia.

DO-

DIADELPHIA DECANDRIA. 159

DOLICHOS (*pruriens*) volubilis, leguminibus racemosis hirtis, valvulis subcarinatis, pedunculis ternis. *Linn. sp. 101. Fl. zeyl. 539. Jacq. amer. 27. n. 2.*

Phaseolus brasiliensis frutescens, lobis villosis pungentibus. *Sloan. jam. hist. 1. p. 178.*

Phaseolus zeylanicus, lobis undique pilosis, fructu lucido nigro. *Burm. zeyl. 191.*

Phaseolus zurattensis, siliqua hirsuta pungente. *Raj. hist. 3. p. 444.*

Cacara pruritus. *Rumph. amb. 6. p. 393. t. 142.*

Nai-corana. *Rheed. mal. 8. p. 61. t. 35.*

Catjang gattal & cacara gattal Javanis. quæ ultima videtur varietas.

Habitat in Indiis.

DOLICHOS (*urens*) volubilis, leguminibus racemosis hirtis transversim lamellatis, seminibus hilo cinctis. *Linn. sp. 1020.*

Phaseolus indiae orientalis, siliquis plurimis hirsutie pungentibus, faba magna ostream referente. *Plukn. aln. 292.*

Kaku-valli. *Rheed. mal. 8. p. 63. t. 36.*

Habitat in India.

DOLICHOS (*tetragonolobus*) volubilis, leguminibus membranaceo-quadrangulari. *Linn. sp. 1020.*

Lobus quadrangularis. *Rumph. amb. 5. p. 374. t. 133.*

Habitat in Amboina.

DOLICHOS (*minimus*) volubilis, leguminibus racemosis compressis tetraspermis, foliis rhomboidibus. *Linn. sp. 1020.*

Dolichos minimus, floribus luteis. *Linn. H. cliff. 360. t. 21.*

Phaseolus exiguus glaber Trifolii foliis, siliqua plana compressa. *Burm. zeyl. 188. t. 84 f. 2.*

Phaseolus minimus fætidus, floribus spicatis e viridi luteis, semine maculato. *Sloan. hist. jam. 1. p. 182. t. 115. f. 1.*

Habitat in Indiis.

DOLICHOS (*scarabæoides*) volubilis, foliis ovatis tomentosis, floribus solitariis, seminibus bicornibus. *Linn. sp. 1020. Fl. zeyl. 282.*

Phaseolus minimus bisnagaricus, foliis argenteo-villosis, siliquis torosis brevibus spadicea hirsutie pubescentibus, fructu parvo scarabæoide nigro. *Plukn. aln. 290. t. 52. f. 3.*

Phaseolus zeylanicus tomentosus salviæ foliis, lobis parvis oblique articulatis alter. *Burm. zeyl. 188.*

Phaseolus zeylanicus, salviæ foliis subrotundis mollibus & hirsutis. *Herm. par. bat. pr. 364.*

Phaseolus persicus mollis. *Garcin. herb.*

He.

160 DIADELPHIA DECANDRIA.

Hedysarum trifoliatum repens, folio ovali hirsuto, siliqua in singulo articulo femen continente reniforme. *D. Pryn.*

Habitat in India.

DOLICHOS (bulbosus) volubilis, foliis glabris multangulis dentatis. *Linn. sp. 1021.*

Phaseolus nervicensis, foliis multangulis, tuberosa radice. *Plukn. alm. 292. t. 52. f. 4.*

Cacara bulbosa. *Rumph. amb. 5. p. 373. t. 132.*

Habitat in India.

Tab. 50. DOLICHOS (trilobus) volubilis, foliolis lateralibus extrorsum gibbis, intermedio trilobo. *Linn. sp. 1021.*

